6 „ In Durium non suas duntaxat, sed aliorum „ torrentium aquas, flumen Tamaca evolvebat. De hoc „ nec Romani, nec Græci Scriptores meminere; at ex „ quâdam inscriptione Vespasiani ætate insculptâ, de „ quâ postea (*a*) dicendum, certò deducimus, hunc „ fluvium jam inde à Romanorum tempore usque in „ præsens Tamaca vocari, verso tantùm *C*, in *G*, nunc „ enim *Tamaga* appellatur. Amnis hic universus Bra- „ carum erat, & illorum Conventum permeans, in „ duas veluti medietates secabat. Ortus nanque inter „ Septentrionales Bracaros Meridiem petebat, perpe- „ tuo tamen in occiduam plagam magis ac magis ver- „ gens, & Aquas Flavias prætervectus, lapideoque, & „ valido ponte ibi junctus, postquam centum, & duo- „ decim milliarium spatium decurrerat, Durium tri- „ ginta & quatuor milliaria ab Oceano procul intra- „ bat.

7 „ Post Durium Septentrionem versus amnis flue- „ bat Avus, qui ortus è montibus, quos hodie *Serra* „ *de Agra*, hoc est, montes asperos indigenæ nomine „ dicunt, sexdecim milliarium, plus minusve è Bra- „ cara sejunctis, Araducam præterfluebat, & dextra, „ lævaque aliis fluviis in consortium admissis, minorum „ navium capax habebatur; verùm non longè ab ostio „ rupis objecta, per quam amnis præcipitem sese da- „ bat, navigationi intrantium non parum, exeuntium „ omninò officiebat, quippe his præcipitatus amnis „ egrediendi non dabat facultatem; illis verò stationem „ malèfidam præbebat.

8 „ Avo proximæ erant Celani fauces, duode- „ cim tantum milliaribus interpositis. Resendius (*a*) „ Avum inter, & Durium, hunc amnem, & illius

te e duas leguas. Salvo ſe diſſermos, que o mar ſe veyo encoſtando à terra, e que do tempo de Tiberio, em que Eſtrabo eſcrevia, para cá, comeo parte della, e que aſſim a barra veyo retrocedendo. Advirta-ſe, que aquelle penhaſco, de que diſſemos ſe precipitava o Douro, nos noſſos tempos, e nos delRey D. Joaõ III. o quizeraõ quebrar, e desfazer os noſſos Portuguezes, para que naõ impediſſe a navegaçaõ do rio; mas humas vezes por huns reſpeitos, e outras vezes por outros a obra ficou imperfeita, e a empreza naõ teve effeito.

4 Se o Douro naquelle tempo fazia huma ſó foz, ou duas, naõ me atrevo a affirmallo. Sey de certo, que antigamente ſe dividia em dous braços, pouco antes de entrar no mar; porque com o impeto da corrente empurrava, e abria as areas da margem eſquerda, que agora amontoadas o inclinaõ todo para a parte direita; e peſſoas dignas de credito me contaraõ, achandome eu naquella Cidade, que iſto meſmo acontecera ha poucos annos. Accreſcentavaõ, que no tempo de ſeus avós era a carreira ſeguida das naos por aquella barra, hoje entupida. E conſultando eu eſta materia com o Excellentiſſimo Senhor Marquez de Abrantes, luzidiſſimo engenho da noſſa Real Academia, me ſegurou conſervava documentos certiſſimos deſta verdade; porém que no tempo anterior a eſte, de que fallamos, a barra era pela meſma carreira, que actualmente ſe uſa.

5 Tinha o Douro fama entre os Romanos de trazer areas de ouro, aſſim como o Tejo, e o Pactolo; donde veyo dizer Silio Italico, que o Douro, e o Tejo contendiaõ com o rio Pactolo. E de certo ſe ſabe, que actualmente no Veraõ vem peſſoas em trage disfarçado ao lugar, onde o rio Tua entra no Douro, e recolhendo as areas daquellas margens em huns como taboleiros, as bandejaõ, até que os grãos de ouro ſe ſeparaõ da area, com que eſtaõ miſturados.

O rio

„ostia collocare intendit ; vult enim Celanum esse
„fluvium, quem hodie *Leça* nominamus , quique in-
„tra quadraginta , & octo milliaria cursum suum ab-
„solvit , & non longè à Durii ostio mari se insinuat.
„Sed vir doctissimus nullum ad firmandam sententiam
„suam argumentum adducit , contentus dicere Pom-
„ponium Mellam ordine præpostero hos fluvios des-
„cripsisse , cùm ait : *Fluunt per eos*, loquitur Pompo-
„nius de Graviis , quo nomine Bracaros intelligit , *Avo*,
„*Celandus* , *Næbis* , *Minius* , *&* , *cui oblivionis cognomen*
„*est*, *Limia.* Sed pace tanti viri , ordinem inversum
„tantummodo in loci fine agnoscimus , dum Geogra-
„phus Limiam Minio postponit. Qui ordo si serva-
„retur in aliis nominandis , etiam Næbin Limiæ post-
„positum iret. Nec quis unquam mihi persuadebit,
„Pomponium de *Leça* meminisse , fluvio unâ tantum
„amœnitate riparum memorando ; tacuisse porro de
„Celano , per omnia , ut postea videbimus , claro , &
„memorabili.

9 „Prævidit vir siquis alius in memoriis antiqui-
„tatis versatus vim allatæ rationis , & ut eam declina-
„ret , asseruit , fluvium Næbin in amnem hodie Ca-
„vadum dictum effundi , & ita in unum coalescere ,
„Pomponiumque pro Cavado Næbin accipere. In quem
„errorem Scriptores nostri , uno , alterove excepto ,
„tanti viri auctoritate tracti turpiter lapsi sunt. Falsum
„enim est , Cavadum , & Næbin permisceri , & in
„unum coire , utpote qui peculiari alveo , peculiari-
„busque ostiis in Oceanum incurrunt.

10 „Igitur Celanus , nunc Cavadus appellatus ,
„non longè ab oppido Caladuno originem habebat ,
„(*a*) unde versus Occidentem delapsus , gelidiores
„præ cæteris aquas evehebat , & Bracaram tria millia-
„ria ad septentrionem prætergressus , amænissimos il-
„lius tractûs campos irrigabat. Verùm ultra produ-
„ctus saxoso alveo ruens , saxis impeditus , & crebro
„reverberatus , arctissimas subibat ripas , & immanem
„rupem

6 O rio Tamaga, depois de ter recebido em ſi outros muitos rios, vinha deſembocar no Douro. Deſte rio naõ trataraõ, nem os Eſcritores Gregos, nem os Romanos; porém de huma inſcripçaõ, que depois poremos, gravada no tempo de Veſpaſiano, conſta de certo, que deſde o tempo dos Romanos, eſte rio ſe chamava Tamaca, e ao preſente, mudado ſómente o C em G, ſe chama Tamaga. O tal rio entre os Bracarenſes naſcia, e tinha fim, e cortava como em duas ametades aquelle Paiz; porque naſcendo entre os Bracarenſes Septentrionaes, vinha buſcar o Meyodia, encoſtado ſempre mais, e mais para o rumo de Poente; e paſſando por Chaves, tinha huma ponte de pedra, obra muy forte; e depois de ter corrido o eſpaço de cento e doze milhas, ſe miſturava com o Douro.

7 Depois do rio Douro, à parte do Norte corria o Ave, que naſcia na Serra, a que hoje chamaõ de Agra, quatro leguas pouco mais, ou menos diſtante de Braga, paſſava junto a Guimaraens, e recebendo em ſi, tanto da banda eſquerda, como da direita, alguns rios, era navegavel por barcos pequenos; porém hum rochedo, por onde ſe precipitava naõ longe da foz, fazia difficultoſa a ſua barra aos que entravaõ, ou queriaõ ſahir, porque a eſtes impedia o precipicio a ſahida, àquelles fazia pouco ſegura a demora.

8 Depois do Ave, interpoſtas doze milhas de coſta, ſeguiaſe o rio Celano, que agora chamamos Cavado. Reſende quer, que eſte rio correſſe entre o Douro, e o Ave, porque diz, que o Celano he o rio, a que chamamos Leça, que deſde o ſeu naſcimento até chegar ao mar, faz ſómente quarenta e oito milhas, e acaba junto à foz do Douro; porém naõ allega razaõ, em que funde eſte ſeu parecer. Contentaſe com dizer, que Pomponio Mella, quando deſcrevera eſtes rios, uſara de ordem retrograda, dizendo: *Correm por entre elles* (falla Pomponio Mella dos Povos

„ rupem veluti perfodiebat ; donec eluctatus , jam in-
„ de per duodecim milliaria naviumpatiens , & plus
„ nonaginta milliarium ſpatio confecto , prope oppi-
„ dum Aquas Celenas mari committebatur. Vicinitas
„ hujus fluvii maximum incrementum attulit Auguſtæ
„ Bracarum civitati , civiumque fortunis , nam opes ,
„ & metalla totius Conventus , Bracaræ congeſta , op-
„ portunitate navigationis hujus fluvii in claſſes , &
„ Romana navigia tranſportata , in univerſum Roma-
„ num Imperium deducebantur , ut deinde dicemus.

11 „ Poſt Celani fauces , quatuor milliarium ſpa-
„ tio interjecto , aderat Næbis , nullâ re memorabilis ,
„ niſi fortè proximitate alicujus oppidi , cujus memo-
„ ria non extat. A' fonte ad fauces breviſſimum con-
„ ficiebat ſpatium , oreque anguſtiſſimo , & vix inter
„ cautes pervio in mare ſeſe evomebat.

12 „ Cave autem , ne cum noſtro Reſendio , (*a*)
„ cui quodammodo adhærere videtur Zurita , (*b*) exiſ-
„ times de hoc flumine agi apud libellum inſcriptum :
„ Itinerarium Antonini , (*c*) cùm in militari via , per
„ oram maritimam à Bracarâ in Aſturicam ducente ,
„ pro ſtatione militum oppidum ſive pagum Ponſne-
„ viæ nominatum deſignat. Hoc enim ſive oppidum ,
„ ſive pagus , quod potiùs exiſtimo , extra Bracarum
„ Conventum ſitum erat , & triginta quatuor millia
„ paſſuum ultra Lucum aberat , inter quam urbem , &
„ Aſturicam collocatum erat. Quæ omnia Næbi flumi-
„ ni convenire minimè poſſunt.

Debrie fecit

CAPUT

vos Gravios, debaixo do qual nome entende aos Bracarenſes) *os rios Ave, Celano, Neiva, Minho, e o Lima, intitulado do eſquecimento.* Porém com licença de taõ erudito Varaõ, ſó vejo naquelle texto ordem retrograda a reſpeito do rio Lima, nomeado depois do Minho; e ſe guardaſſe eſta ordem, quando nomea os de mais, havia de poſpor o Neiva ao Lima. Nem me perſuadiráõ já mais, que Pomponio Mella ſe occupou em nomear o Leça, rio unicamente memoravel pela amenidade, e ſe eſqueceo do Cavado, famoſo por todas as razões, como veremos.

9 Como homem particularmente verſado nas antiguidades, previo Reſende a força deſte argumento, e para a enfraquecer, affirmou, que o rio Neiva ſe incorporava com o Cavado, e que Pomponio pelo rio Neiva entendia o Cavado; erro, em que torpemente cahiraõ os noſſos Eſcritores, excepto hum, ou dous, porque he falſo, que eſtes dous rios ſe juntem, ou incorporem; antes cada hum tem particular boca, por onde deſagua no Oceano.

10 O rio pois Celano, que agora ſe chama Cavado, tinha o ſeu naſcimento junto à Cidade de Caladuno, e dalli ſe fazia na volta do Poente, trazendo agua mais fria, que a dos mais rios; e paſſando a tres milhas além de Braga para o Norte, regava aquelles apraſiveis campos. Dalli adiante, impedido de alguns penhaſcos, e rebatido de penedos, corria eſtreitiſſimo, e como que furava hum rochedo, que ſe lhe oppunha, até que deſembaraçado proſeguia já capaz de navegaçaõ por eſpaço de tres legoas; e tendo corrido deſde a ſua origem o de noventa milhas, perto de Faõ, ſe introduzia no mar. A viſinhança deſte rio ſervio muito para o augmento de Braga, e dos ſeus moradores, porque todas as riquezas, ouro, prata, e demais metaes do Paiz Bracarenſe, ſe conduziaõ, e juntavaõ em Braga, e com a commodidade da navegaçaõ do rio ſe tranſportavaõ, e deſcarregavaõ nas

Arma-

CAPUT III.

De fluviis Limia, Minio, Læroneque, & de Promontoriis Avaro, & Oruvio.

1 „MEdius inter Næbin, & Minium fluebat Limia. Nominis etymologiam deducunt non ineptè à *Limne* verbo Græco, quod Latinè interpretatur *Palus*, sive à Limus Latinum nomen, eo quod oriebatur, sive decurrebat in palustres locos ad radices altissimorum montium, & inde Occidentale mare petens lenissimo alveo, virentibusque ripis dilabebatur, donec, multo spatio navigabilis, in Oceanum irruebat, quatuor milliarium intervallo à Næbi, duodecimque à Minio distans.

2 „Erat amnis Limia, ut loquitur Plinius, (*a*) multum fabulosus. Inter cætera vulgaverat fama, quoscunque ausos hujus fluminis aquas tranare, præteritarum rerum memoriam amittere, unde Lethes, hoc est, oblivionis fluvius nuncupabatur; & adeò hæc opinio etiam apud exteros invaluerat, ut Decio Junio (*b*) Bruto Proconsule, in gentes Limiæ proximas bellum adornante, & exercitui flumen transmeare jubente, Romanus miles persuasus se patriæ, filiorum, uxorum, omniumque rerum fore ut oblivisceretur, trajectum recusaverit, usque dum ipse Proconsul, arrepto signo, in adversam ripam evasit; & inde unumquemque militum suo nomine compellans, & quæ Romæ erant memorans, in trajectionem compulit.

3 „Fabulæ locum fecerat vetus expeditio Celtarum, & Turdulorum. Referunt (*a*) enim, hos populos ad Anam flumen habitantes, fœdere inter se junctos, populos invasisse Septentrionalem Lusitaniæ plagam incolentes; & postquam ad Limiam perve-

D „nissent,

Armadas Romanas, que as navegavaõ para todo o Imperio, como abaixo diremos.

11 Huma legoa acima do Celano, ſe via o rio Neiva, que naõ lograva excellencia alguma, que o fizeſſe inſigne, ſalvo a caſo a viſinhança de alguma Cidade, de que naõ ha memoria. Era muy pequeno o terreno, que regava deſde o ſeu naſcimento até a foz, que era apertadiſſima, e por entre penedos, que apenas lhe deixavaõ lugar para ſahir ao Oceano.

12 Tenhaõ tento os Leitores prudentes, a naõ entenderem com Reſende, a que parece ſe encoſta tambem Zurita, que o Itinerario de Antonino trata deſte rio, quando na deſcripçaõ, que faz da Via militar (que ſahindo de Braga pela marinha, ſe encaminhava a Aſtorga) nomea por eſtaçaõ dos Soldados huma Cidade, ou Aldea, chamada Ponte de Neiva; porque eſta Cidade, ou Aldea, como mais depreſſa entendo, eſtava ſituada fóra dos confins Bracarenſes, entre Lugo, e Aſtorga, diſtante oito legoas e meya da primeira: circunſtancias, que ſe naõ podem accommodar ao rio Neiva.

CAPITULO III.

Dos rios Lima, Minho, e Leris, e dos Cabos Avaro, e Oruvio.

1 ENtre os rios Neiva, e Minho corria o Lima. Alguns ſem violencia deduzem o ſeu nome de *Limne*, palavra Grega, que em Portuguez quer dizer *Lagoa*; ou de *Limus*, palavra Latina, porque naſcia, ou ſe lançava deſde huns montes muy altos em terras alagadiças ao pè dos taes montes, e dalli com muy branda corrente, entre viçoſas margens ſe fazia no rumo de Poente, buſcando o mar,

com

„ nissent, eo transmisso, seditionem ortam esse inter „ eos, ad quam cum ducis obitus accessisset, ipsos ve- „ luti oblitos socialis consortionis, & in illo tractu dis- „ persos remansisse. Hanc expeditionem immeritò in „ dubium vocabunt aliqui recentiores; de illâ enim, „ ni fallor, meminit Avienus, (*b*) verbis non quidem „ suis, sed ex Scriptore illi Expeditioni æquali, trans- „ latis, ut colligitur ex ipsis, dum dicit:

Ab insulis, siquis dehinc, Oestreminicis lembum audeat
Urgere in undas axe, qua Licaonis
Rigescit æthra, cespitem Ligurum subit
Cassum incolarum. Namque Celtarum manu
Crebrisque dudum præliis vacuata sunt
Liguresque pulsi, ut sæpe sors aliquos agit,
Venere in ista quæ per horrentes tenent
Plerunque dumos, creber hic scrupus locis,
Rigidæque rupes atque montium minæ
Cœlo inseruntur. Et fugax gens hæc quidem
Diu inter arcta cautium duxit diem
Secreta ab undis, nam salis metuens erat
Priscum ob periculum.

4 „ Limiam diversis affici nominibus certum est, „ quippe etiam Belion, teste Strabone (*a*) dicebatur. „ Censent aliqui immutasse hoc nomen, post illam, „ quam supra retulimus, Expeditionem Celtarum; quod „ tamen in probatis Scriptoribus non lego; potiùs cre- „ derem Belion vocari nativo incolentium sermone, „ Romanos verò illi nomen Limia indidisse. Casaubo- „ nus (*b*) multus est in demonstrando hunc amnem „ nunquam Lethen appellatum esse; contendit enim „ vocem Lethes illi attribui tanquam cognomen, non „ verò ut nomen; unde asserit, hoc quidem flumen „ oblivionis dici, non tamen oblivionem; acriterque „ reprehendit Appianum, quod Lethes in recto dicat. „ Ego, licèt cum Casaubono conveniam, vocem Lethes „ principio, huic flumini, tanquam cognomen appli- „ catam, nullatenus virum nativæ linguæ peritum er-

com o qual ſendo já navegavel, ſe miſturava em diſtancia de huma legoa do Neiva, e tres do Minho.

2 A reſpeito do rio Lima, diz Plinio, ſe contavaõ muitas fabulas. Entre outras havia fama, de que todos os que navegavaõ por elle, perdiaõ a memoria de tudo o que tinhaõ paſſado na vida; razaõ, porque lhe chamavaõ o Rio do Eſquecimento. E tanto ſe tinha introduzido eſta opiniaõ nos animos ainda dos Eſtrangeiros, que fazendo guerra o Proconſul Decio Junio Bruto contra os circunviſinhos ao rio, e mandando ao Exercito que o paſſaſſe, as Milicias Romanas, perſuadidas a que haviaõ de ficar ſem memoria dos filhos, das mulheres, da Patria, e de tudo o mais, recuſaraõ a paſſagem; até que o meſmo Proconſul, arrebatada a bandeira, paſſou da outra parte, e de lá chamou a cada hum dos Soldados pelo ſeu nome, e começou a contar as couſas, que havia em Roma; e deſta ſorte os perſuadio a paſſarem tambem.

3 O motivo, que teve eſta fabula, foy o ſeguinte. Os Celtas, e os Turdulos, Povos, que habitavaõ junto ao rio Guadiana, ſe alliaraõ para acometerem os Povos, que moravaõ na Luſitania Septentrional; e chegados ao rio Lima, logo que o paſſaraõ, ſe moveo entre elles tal diſcordia, que ſobrevindo a morte do General, eſquecidos da alliança, que tinhaõ feito, ſe eſpalharaõ pelo Paiz. Os modernos, que regularem a ſobredita expediçaõ por fabuloſa, naõ teraõ razaõ, porque ſe me naõ engano, a refere Avieno com palavras naõ ſuas, mas treſladadas de Eſcritor, que vivia no tempo della, dizendo aſſim: *Se alguem deſde as Oſtreminias virar a embarcaçaõ para o rumo do Norte, entra na terra dos Ligoros, falta de moradores, porque ha pouco tempo os expulſaraõ dalli os Celtas com o ſeu Exercito, e muitas batalhas. E os vencidos vendoſe deſpojados, vieraõ para eſtas terras cheas de horroroſos ſilvados, que hoje occupaõ. Alli tudo he penedia, rochedos, e montes, que ſe vaõ ao Ceo. E eſta gente fugitiva, muitos an-*

nos

„roris arguere auderem ; quis enim non videt co-
„gnomina sæpe tractu temporis in nomina traduci.

5 „Joannes Barrius (*a*) aliam sibi muniens viam, „nititur probare aliud flumen inter Bracaros Lethen „appellari, nempe amnem vernaculo sermone *Leça* „dictum ; in cujus veritatis testimonium veterum mo„numenta laudat, at loca non profert. Quamvis au„tem Barrii apud me auctoritas plurimum valeat, eum „tamen hac in re hallucinari puto. Nimirum in libro, „qui inscribitur *Censual do Porto*, quo tabulæ publicæ, „& vetustissimæ, pertinentes ad Sedem Portucale urbis „asservantur, sæpe fit mentio de hoc flumine sub no„mine Leça, (*b*) unquam verò Lethes. Ut ut sit, cer„tissimum est à nullo Scriptore Suevorum, & Gotho„rum ævo, nedum Romanorum æquali, amnem illum „oblivionis nomine nuncupari.

6 „Aurum arenis immistum devolvere Limiam „cecinit Silius Italicus (*a*) his carminibus.

Quique super Gravios lucentes volvit arenas
Inferni populis referens oblivia Lethes.

„Quæ perperam attribuit Henavius (*b*) Silio amni, „cùm hic nec super Gravios illaberetur, nec unquam „oblivionis cognomine inclytus referatur.

7 „Post Limiam in Oceanum prorumpebat Mi„nius, qui à subrubeo aquarum colore dicitur nomen „invenisse. Hic jam ab origine, quam intra Callai„cos Lucenses, paulò supra Lucum habebat, versus „Austrum per nonaginta duo milliaria spatiabatur ; in„de flexus in Occidentem, Bracarum Conventu vol„vebatur, & prope Castellum Tyde decurrens, & la„tè stagnans, (*a*) quadraginta & octo milliaribus oc„cidui itineris emensis, insulaque media inter fauces „objecta repercussus duo in flumina partitus in mare „abibat.

8 „Strabo (*a*) asserit, flumen hoc esse binomi„ne, id enim Bænim dici, idemque Minium appel„lari. Verùm suspicor, Bænim illum esse, quem ho-

„die

nos paſſou a vida entre os penhaſcos arredada do mar, porque o temia em razaõ do antigo infortunio.

4 O rio Lima he certo que teve diverſos nomes, pois Eſtrabo affirma, que ſe chamava tambem *Belion.* Dizem alguns, que mudara eſte nome depois da Expediçaõ, que referimos; o que porém naõ conſta de Author approvado. Eu mais de preſſa diſſera, que lhe chamavaõ Belion os nacionaes, e que os Romanos lhe puzeraõ o nome de Limia. Caſaubono ſe empenha em moſtrar, que nunca ſe chamou Lethes, porque pertende, que eſta voz *Lethes* ſe lhe attribuhio como titulo, e naõ como nome: donde vem affirmar, que eſte rio ſe chamava o Rio do Eſquecimento, mas naõ Lethes, iſto he, Eſquecimento, e reprehende muito a Appiano, porque lhe chama Lethes em o caſo de nominativo. A mim ſim me parece com Caſaubono, que a voz *Lethes* ao principio ſe deu a eſte rio como cognome, e em caſos obliquos; mas naõ me agrada o atreverſe a arguir de erro a Appiano na ſua lingua, em que era perito; porque quem ignora, que muitos cognomes com o curſo do tempo paſſaraõ a ſer nomes?

5 O noſſo Doutor Joaõ de Barros, tomando por outro caminho, intenta provar, que entre os Bracaros havia outro rio chamado Lethes, a ſaber o rio, a que hoje chamamos Leça; e em confirmaçaõ deſte ſeu parecer cita memorias antigas, porém naõ aponta os lugares, nem as nomea. E poſto que eu tenha a Barros por Author muy fidedigno, com tudo entendo ſe enganou neſte particular. Certamente no livro intitulado *Cenſual do Porto*, onde ſe guardaõ as eſcrituras antiquiſſimas, pertencentes àquella Sé, muitas vezes ſe faz mençaõ do rio Leça, e nunca lhe chamaõ Lethes. Como quer que ſeja, he certo, que nenhum Eſcritor do tempo dos Suevos, ou Godos, quanto mais dos Romanos, chamou ao Leça rio do Eſquecimento.

Silio

„die *Coura* nuncupamus, qui ad fauces Minii, unà „cum illo commixtus, in mare evadit. Aliter dica-„mus Bænim nomen eſſe nativum, & impoſitum flu-„mini ab incolis Hiſpanis, Minium à Romanis.

9 „Cave autem ne Strabonem carpas, eò quod „Minium maximum Luſitaniæ fluvium non vereatur „appellare. Non enim loquitur peritiſſimus Geogra-„phus de Luſitaniâ Auguſti ævo definitâ, verùm de „Luſitaniâ prout antiquiori ætate circunſcribebatur, „nimirum à Tagi oſtio, (*a*) ad uſque Celticum „Promontorium; quod intervallum, nullus certè ma-„ior, ne æqualis quidem Minio, fluvius irrigabat. Li-„cèt enim Durius cùm longitudine curſus, tum co-„pia aquarum, & altitudine alvei Minium antecelle-„ret, latitudine alvei non æquabat. Fluminum verò „magnitudinem, vulgò, non pro aquarum copia, nec „pro altitudine alvei æſtimamus, ſed pro latitudine. „Tagus autem, qui Minio ſpatioſior eſt, in illo Luſi-„taniæ primordio non erat ei peculiaris, ſed illi, & „Celticæ Provinciæ communis, utpote utramque in-„terfluens, & ſeparans alteram ab alterâ.

10 „Cæterum in Minii navigabili ſpatio defini-„endo, vel codices Strabonis vitio laborant, vel ipſe „hallucinatus eſt; vult enim navigari per octingenta „ſtadia, cùm vix hodie actuariis, & onerariis navi-„bus centum & nonaginta, piſcatoriis tercentum ſta-„diis navigetur.

11 „Falſus eſt Ptolomeus, (*a*) dum aſſerit, Mi-„nio intercedente, Conventus Bracarum, & Lucen-„ſium hinc, & illinc terminari, cùm Plinius aſſeve-„ret Bracarum fines ultra Minium propagari; nec exiſ-„timandum pro temporum varietate, horum Conven-„tuum terminos immutatos eſſe, quippe par non erat, „ut Romani, urbis Principis, & Provinciæ Gallæciæ „quaſi Metropolis, limites imminuerent, & Lucenſis „oppidi adaugerent. Accedit Ptolomeum in deſcri-„bendis Hiſpaniis, non partitiones Imperatoris Adria-

„ni,

6 Silio Italico diz, que as areas do Lima vinhaõ misturadas com ouro, como se vè do que refere nestes versos: *E o rio Lethes, que trazendo o esquecimento aos Povos do inferno, revolve sobre os Povos Gravios as suas areas luzentes.* Os quaes versos sem razaõ attribue Henao ao rio Sil; pois este nem corria sobre os Povos Gravios, nem foy celebrado com o titulo de Rio do Esquecimento.

7 Acima do Lima seguiase o rio Minho, que se diz ter este nome em virtude da cor vermelha das suas correntes. Este desde o seu nascimento, que era entre os Gallegos Lucenses, pouco acima da Cidade de Lugo, corria para a parte do Meyo Dia, por espaço de noventa e duas milhas, e logo virando para Poente, se introduzia no Paiz dos Bracaros: passava junto a Tuy, alargavase muito, e já na foz, com a interposiçaõ de huma Ilha, dividido em dous ramos, se metia no mar, tendo corrido nesta volta para Poente quarenta e oito milhas.

8 Estrabo refere, que este rio tinha dous nomes, que se chamava Benis, e Minho; porém eu suspeito, que Benis devia ser o rio, a que chamamos Coura, o qual junto à foz do Minho se mistura com elle, e entraõ no mar incorporados. Ou aliás podemos dizer, que Benis era o seu nome nacional, que lhe davaõ os Hespanhoes, e que Minho foy nome, que lhe puzeraõ os Romanos.

9 Advirtase a naõ censurar o dizer Estrabo, que o Minho era o mayor rio da Lusitania; porque naõ falla o doutissimo Geografo da Lusitania, segundo o tempo de Augusto, mas da Lusitania, segundo os termos que tinha antes, a saber, desde a foz do rio Tejo, até o Cabo de Finis terræ, no qual espaço, nem se encontra rio mayor, que o Minho, nem igual. Porque ainda que o Douro o exceda na altura, na abundancia da agua, e em correr muito mais Paiz, com tudo naõ o iguala na largura. E vulgarmente a gran-

„ ni, quæ ſua ætate vigebant, ſed antiquiores, & ſta-
„ tutas ab Auguſto amplexum eſſe, quod ex ipſius ta-
„ bulis Geographicis ſatis patet.

12 „ Ultimus fluebat Lœron ſex & triginta mil-
„ liaria procul à Minio verſus Septentrionem. Hoc flu-
„ men, ſeu potius æſtuarium Lucenſes à Bracaris diſ-
„ criminabat. Cætera ignobile. Unde præterquam Pom-
„ ponio Mellæ, (*a*) reliquis Geographis, & antiquis
„ Scriptoribus è memoria excidit.

13 „ In univerſo hujus occiduæ, & maritimæ oræ
„ ſpatio duo tantum memorantur apud veteres Geo-
„ graphos Promontoria, nimirum Avarum, & Orvium.
„ Primum collocat Ptolomeus (*a*) ad quindecim minu-
„ ta ſupra fauces Avii fluminis; ſed numeros in codi-
„ cibus Ptolomei vitiatos eſſe quis non videat? Hoc
„ ergò Promontorium nomen duxiſſe ab Avo flumine,
„ ipſa nominum ſimilitudo declarat. Totum igitur il-
„ lum oræ maritimæ tractum, qui à faucibus Avii ad-
„ uſque Celani oſtia porrigitur, à Romanis Avari Pro-
„ montorii nomine ſignari non dubito, maximèque il-
„ la continua immanium ſcopulorum ſeries, quæ pro-
„ pe Celanios, per vaſtum intervallum, in mare ex-
„ currit, quamque hodie vernaculo ſermone *Cavallos*
„ *de Faõ* appellamus. Nec mireris Promontorium hoc
„ non à flumine Celano, ſed ab Avo traxiſſe nomen,
„ cùm etiam ipſe Celanus quantumvis nobilior altero,
„ poſteriori ætate ab illius proximitate Catavi appella-
„ tionem deſſumpſerit.

14 „ Orvium Promontorium oris Lucenſis confi-
„ nio adſcribit Ptolomeus, deceptus in eo, quod Mi-
„ nium Bracaris, & Lucenſibus pro communi termino
„ aſſignavit, ut jam inde retulimus, & refutavimus.
„ Dum igitur fatetur illud intra oſtia Minii, & Ulluæ
„ prominere, certum eſt, vel totum, vel magnâ ex
„ parte ad Bracarum fines pertinuiſſe. Fluvius enim
„ Ullua, hodiè *Ulhoa* appellatus, paulò ultra Leronem
„ decurrebat.

grandeza dos rios naõ ſe regula pela profundidade, nem pela copia das aguas, mas pela largura; e o Tejo, que ſegundo vemos, he mais largo que o Minho, naquelle tempo primitivo naõ era rio eſpecial da Luſitania; mas commum a ella, e à Provincia Celtica, porque corria entre ambas, e ſeparava huma da outra.

10 Porém he certo, que os Codices de Eſtrabo eſtaõ viciados, ou elle ſe enganou no que pertence ao eſpaço navegavel do Minho, pois diz, que o Minho ſe navegava por oitocentos eſtadios, ſendo aſſim, que actualmente apenas ſe navega cento e noventa eſtadios em barcos grandes, e em barcos de peſcadores trezentos.

11 Enganouſe Ptolomeu em dizer, que o Minho era a diviſaõ das Chancellarias de Braga, e Lugo, e que ſeparava aos Bracarenſes dos Lucenſes; pois Plinio affirma, que o Paiz Bracarenſe ſe eſtendia acima do rio Minho. Nem ſe deve julgar, que com a variedade dos tempos ſe tinhaõ mudado os termos das taes Chancellarias; pois naõ era juſto, que os Romanos cortaſſem os limites da Cidade Capital, e como Metropoli da Provincia de Galliza, para accreſcentarem os de Lugo. De mais, que Ptolomeo na deſcripçaõ das Heſpanhas, naõ obſerva as diviſoens do Emperador Adriano, que eſtavaõ em ſeu vigor quando elle eſcrevia, mas ſó uſa das antigas, determinadas por Auguſto, como conſta das ſuas Taboas Geograficas.

12 Ultimamente acima do Minho oito legoas, corria o rio Leris. Eſte rio, ou, para melhor dizer, eſteiro, era o que dividia os Bracarenſes dos Lucenſes; em tudo o mais naõ merecia eſtimaçaõ, e aſſim nenhum Geografo, ou Eſcritor antigo ſe lembrou delle, excepto Pomponio Mella.

13 Os Geografos antigos ſó fazem mençaõ de dous Promontorios em toda a coſta dos Povos Bracarenſes,

CAPUT IV.

De populis, sub quorum appellatione Bracari comprehendebantur; itemque de Æbisocensibus, Æquisilicis, & Cerenecis.

1 „GEntem Bracarum in primordio, & vernaculis Hispaniæ divisionibus, sub Lusitanorum nomine contineri supra (*a*) demonstravimus. Verùm cum ipsa Lusitania, tum in illâ priori ætate, tum subsequenti in plures, & varias gentes, quæ etiam ipsæ in civitates abibant, partiretur, & ipsa patriorum nominum potestas, pro tempore, & rerum vicissitudine, nunc amplificata evaderet, nunc circunscripta, & sæpius commutata, necessarium duxi declarare gentes, sub quorum appellatione generali Bracari continebantur, & nominum ipsorum fortunas hîc breviter exponere.

2 „In illo igitur primigenio Bracarum ævo sub nomine Lusitanorum in primis Bracari continebantur. Lusitania enim priscis illis temporibus non à Sacro Promontorio, ut recentiores Historiographi ineptè tradunt, sed ab ostio Tagi incipiebat, unde in Promontorium usque Celticum, seu Nerium excurrebat; tractus verò ille, qui Anam, & Tagum fluvios interclusus erat, non Lusitaniæ, sed Celticæ nomine gaudebat, quod luce meridianâ clariùs patet ex Strabone; (*a*) quippe exactissimus Geographus libro tertio suæ Orbis descriptionis, non uno, verùm multis in locis veritatem hanc dilucidè testatur; quod jam Isaac Vossius in suis ad Pomponium Mellam animadversionibus declaravit. Unde exsibilanda venit sententia somniantium Lusitaniæ nomen ab Ana fluvio, vel à copiâ amygdalarum deductum esse, & à

renſes, a ſaber: do Avaro, e do Orvio. Ao primeiro demarca Ptolomeo quinze minutos acima da foz do rio Ave; mas quem naõ vê, que nos Côdices de Ptolomeo eſtaõ viciados os numeros? Que eſte Promontorio tomaſſe o nome do rio Ave, bem o declara a ſemelhança dos nomes; e aſſim entendo, que todo aquelle eſpaço, que corre deſde a foz do Ave até a do rio Cavado, e principalmente huma corda de muy grandes penedos, que começa perto da foz do Cavado, e occupa grande eſpaço pelo mar adiante, a que actualmente chamaõ os *Cavallos de Faõ*, ſe chamava entre os Romanos Promontorio Avaro. Nem he de admirar, que eſte Promontorio recebeſſe o nome do rio Ave, e naõ do Cavado, porque o meſmo Cavado, com ſer rio mais nobre que o outro, andando os tempos, em razaõ da viſinhança do Ave, ſe chamou Catavo.

14 Ptolomeo ſitúa o Promontorio Orvio no Paiz dos Lucenſes, em razaõ do engano, que padeceo em entender, que o Paiz deſtes ſe eſtendia atè o Minho, ſegundo já diſſemos; mas como elle confeſſa, que ſe levantava entre a foz do Minho, e do rio Ullua, a que hoje chamaõ Ulhoa, bem ſe vê, que ou todo, ou grande parte delle pertencia aos Bracarenſes, porque o rio Ullua corria pouco acima do Leris.

CAPITULO IV.

Dos Povos, debaixo de cujo nome ſe comprehendiaõ os Bracarenſes, e tambem dos Ebiſocenſes, Equiſilicos, e Cerenecos.

1 JA' acima fica provado, que no primitivo eſtado, e diviſoens nacionaes dos Heſpanhoes, os Bracarenſes eraõ porçaõ da Luſitania. Mas como

„Phœnicibus nobilissimæ Hispaniarum Provinciæ im-
„positum. Qui Phœnices primi externorum hominum
„illam Hispaniæ oram circum circa Sacrum Promon-
„torium sitam occuparunt. Nec enim Phœnices inte-
„riores illius oris Hispanos domuerunt, aut imperium
„suum Tagum usque dilatarunt; nec regio illa à Tago
„adusque Promontorium Celticum protensa amygdalis
„exuberat. Sed de Lusitanis satis.

3 „Illo etiam prisco, & forsan antiquiori tem-
„pore, sub nomine Gravium Bracari comprehendeban-
„tur, teste Pomponio Mella; (*a*) qui asserit quoscun-
„que populos à Durii faucibus adusque fluenta Minii
„habitantes, Gravios vocari. Favet etiam Silius Itali-
„cus (*b*) dum canit Limiam super Gravios devolvi.
„Patet autem utrumque ab antiquioribus Geographis,
„hanc Gravium descriptionem desumpsisse, quia illo-
„rum tempore, populi illi, non Gravii, sed Bracari,
„& Callaici nominabantur, quod facilè ex Strabonis,
„(*c*) & Plinii (*d*) lectione evincitur, nomenque Gra-
„vium eâ tempestate limitabatur ad unam tantùm ci-
„vitatem intra Helenen, & Tyden positam, quæ ci-
„vitas Bracaris annumerabatur.

4 „Eo pacto Celtæ etiam in illâ pervetustâ æta-
„te Bracari vocabantur, quod deducitur ex eodem
„Pomponio Mella, (*a*) totum illum tractum, quod à
„Durio usque ad Promontorium Celticum, & oram
„maritimam Septentrionalem excurrit, Celticæ nomi-
„ne describente. Qui loquendi mos longè antiquio-
„rem, quàm nominati Geographi ætatem sapit. Jam
„enim in illo Hispaniæ tractu, tantummodo peculia-
„res populi Promontorium illud occupantes Celtæ di-
„cebantur, ut Strabo, (*b*) & Plinius (*c*) tradunt.

5 „Utrum verò ante Decii Juni Bruti expeditio-
„nem Bracaros Callaicorum nomen contineret? res est
„dictu difficillima, cùm Scriptoribus illius ævi carea-
„mus. Ego in ea sententia sum, ut censeam, Braca-
„ros Durii ripas habitantes, & occiduam maris oram
„Li-

como eſta aſſim naquella primeira idade, como na ſubſequente, ſe repartiſſe em diverſas, e varias gentes, as quaes ſe ſubdividiaõ em differentes Povos; e os nomes patrios, ſegundo a variedade dos tempos, humas vezes ſe reſtringiſſem, outras ſe ampliaſſem, e muitas ſe mudaſſem, pareceo-me neceſſario declarar as naçoens, debaixo do nome das quaes ſe incluîaõ os Bracarenſes, e expor brevemente as mudanças, que padeceraõ os nomes dellas.

2 Naquelle pois primeiro eſtado dos Bracarenſes, eſtes primeiramente ſe comprehendiaõ debaixo do nome de Luſitanos, porque a Luſitania nos tempos primitivos naõ começava no Cabo de S. Vicente, como ſem razaõ dizem os Hiſtoriadores modernos; mas começava na foz do rio Tejo, e deſde alli corria até o Cabo de Finis terræ, e aquelle eſpaço depois ſituado entre os rios Tejo, e Guadiana, a que hoje chamamos Alentejo, e Algarve, naõ ſe chamava Luſitania, mas intitulavaſe Celtica, como Eſtrabo diz clariſſimamente naõ ſó em hum, mas muitos lugares do livro terceiro da ſua exactiſſima Geografia, ſegundo já reparou Iſaac Voſſio nas Notas a Pomponio Mella. E aſſim de nenhum modo devem ſer ouvidos os que dizem, que o nome Luſitania ſe derivou do rio Guadiana, ou da abundancia das amendoeiras, e que foy poſto pelos Fenices; porque ainda que eſtes povoaraõ aquella coſta do Cabo de S. Vicente, com tudo naõ penetraraõ o interior da terra, nem a ſua conquiſta chegou até o Tejo, nem o Paiz do Tejo para cima he muy abundante de amendoeiras. E iſto baſta pelo que toca aos Luſitanos.

3 Naquelle pois primeiro eſtado dos Bracarenſes, ſe comprehendiaõ elles no nome de Gravios, ſegundo Pomponio Mella, que affirma, que todos os Povos habitadores deſde a foz do Douro até o Minho, ſe chamavaõ Gravios. Convem com elle Silio Italico quando diz, que o Lima corria ſobre os Povos Gravios.

„ Limiam usque, minimè ad eam ætatem Callaicorum „ nomine designari. Refert namque Strabo, (*a*) ex eo „ inde tempore plurimos ex Lusitanis Callaicorum no- „ men sibi vendicasse. Quæro nunc: Qui sint hi Lusi- „ tani? Certè non alii invenientur, nisi quos dixi pro- „ ximos Durio, & plagæ maris occiduæ habitare. Ne- „ que enim qui cis Durium vitam agebant, Callaico- „ rum appellationem sibi unquam usurparunt. Porrò „ qui ultra Minium erant, illius expeditionis damna „ non tulerunt, cùm Proconsul trans fluvium progre- „ di, (*b*) opportunum neutiquam judicaverit. Et in- „ super creditur, illos à primâ ipsorum origine Callai- „ corum nomen sortitos esse. De quâ re postea (*c*) „ agendum, cùm de Callaicorum peculiari civitate tra- „ ctabitur. Cæterùm Bracaros post Augusti ætatem Cal- „ laicorum nomine contineri, imò Principes Callæciæ „ populos æstimari, non solùm Geographi, verùm etiam „ cippi, & illius ætatis inscripta marmora, quæ passim „ extant, testantur.

6 „ Sed jam tempus est ut de singulis, & pecu- „ liaribus populis, qui post immutata Provinciarum gen- „ tilitia confinia ab Augusto, & Conventus juridicos „ constitutos, Bracarum appellationem nacti sunt, di- „ cere pergamus. In quibus tamen recensendis hunc „ ordinem servabimus. Populos, quorum oppida apud „ Romanos Scriptores, Græcosve nominata reperimus, „ hoc Capite silentio præteribimus, & in Capita de Ur- „ bibus reservabimus. De cæteris tantummodo, ordi- „ ne initialium literarum servato, sermonem inibi- „ mus.

7 „ Æbisocenses igitur, sive Æbisoci populi me- „ morantur in celeberrimo cippo, (*a*) qui usque in „ hoc tempus, apud Aquiflavienses asservatur. Unde „ constat, gentem hanc inter Bracaros numerari; ne- „ que enim in illo cippo exteri populi inscribebantur, „ ut cùm postea producendus erit, palam fiet. At quâ „ Bracarum plagâ, quove loco sita erat, nescimus, „ cùm

vios. E bem ſe vê, que ambos tiraraõ eſta demarcaçaõ de Authores mais antigos, pois no tempo de Pomponio, e Silio eſtes Povos naõ ſe nomeavaõ Gravios, mas Bracaros, e Gallegos, como ſe colhe do que relataõ Eſtrabo, e Plinio; e o nome de Gravios já naquelle tempo, ou pouco depois ſe limitava a huma ſó Cidade, ſituada entre Pontevedra, e Tuy, a qual era dos Bracarenſes.

4 Da meſma ſorte naquelle tempo antiquiſſimo, os Bracarenſes ſe incluhiaõ nos Povos chamados Celtas, o que ſe infere de Pomponio Mella chamar Celtica a toda aquella regiaõ, que corre deſde a foz do Douro até o Cabo de Finis terræ, e coſta Septentrional; a qual deſcripçaõ bem parece de tempos mais antigos, que os deſte Geografo, porque na ſua idade ſómente ſe chamavaõ Celtas naquella regiaõ os Povos, que moravaõ no Cabo de Finis terræ, como relataõ Eſtrabo, e Plinio.

5 O que parece difficultoſo de averiguar he, ſe no tempo da expediçaõ de Decio Junio Bruto ſe incluîaõ, ou naõ os Bracarenſes no nome de Gallegos, em razaõ de que carecemos de Eſcritores daquella idade? A mim pareceme, que os Povos Bracarenſes, que moravaõ nas margens do Douro, e na coſta do mar até a foz do Lima, até aquelle tempo naõ ſe comprehendiaõ nos Gallagos. E a razaõ he, porque Eſtrabo diz, que daquelle tempo em diante, parte dos Luſitanos arrogaraõ a ſi o nome de Gallegos. Pergunto: E quem ſaõ eſtes Luſitanos? Certamente naõ acharemos outros, ſenaõ os que diſſe moravaõ a par do Douro, e pela coſta do mar, pois os que moravaõ à quem do Douro, nunca ſe nomearaõ Gallegos; e os que habitavaõ além do rio Minho, naõ ſentiraõ os eſtragos deſta expediçaõ; porque o Proconſul entendeo naõ era conveniente paſſar além daquelle rio. De mais, que ſe entende, que os taes deſde a ſua primeira origem ſempre ſe chamaraõ Gallegos; porém deſta

„ cùm nulla apud antiquos Scriptores hujus gentis vestigia extent.

8 „ Longè alia ratio eſt de Æquiſilicis, quorum „ meminit Plinius, (*a*) dum Bracarum Conventus civi- „ tates recenſet, nec eos tacet ſupra laudatus cippus „ apud Aquas Flavias. Ipſos autem non longè à Braca- „ râ locatos eſſe pronuntio, quippe in Parræciarum diſ- „ tributione, tempore Suevorum decreta, (*c*) Braca- „ raugustanæ Diœceſi attribuitur quædam paræcia Eque- „ ſis dicta, quam ſedem fuiſſe gentis Æquiſilicæ, ipſa „ nominis ratio demonſtrat. Præcisè autem hujus ci- „ vitatis ſitum definire nulli fas erit, cùm in præallatâ „ diviſione, minimè plagæ mentione habitâ ſolummo- „ do aſſeratur Equeſim prope Bracaram eſſe collocatam. „ Hæc ſcripſeram in prima horum Commentariorum „ editione; nunc verò, mutata ſententia, aſſero Eque- „ ſim parræciam, ac proinde gentem Æquiſilicam pa- „ gum poſtea dictum Baroncelli incoluiſſe.

9 „ Cereneci populi erant ad Bracarum Conven- „ tum pertinentes, ut colligitur ex inſcriptione cujuſ- „ dam cippi (*a*) in Templo Servatori Domino dicato „ parræcia, quam dicunt Thuyas, etiam nunc extantis, „ cujus quidem inſcriptio has continet literas.

LARIBUS
CERENA
FCIS. NIL
ER. PROC
VII. PU. LS

„ Quas in hæc verba vertendas eſſe exiſtimo: *Nilus Er- „ redius Procurator viarum publicarum votum libenter sol- „ vit Laribus Cerenecis.* Quo loco hæc Cerenecum ci- „ vitas ſita eſſet, ignoratur, ſed cùm cippus extet „ non procul ab oppido, nunc Canaveſes dicto, illam „ regionem, vel circum circa Cerenecos incoluiſſe exiſ- „ timare debemus, dum nihil in contrarium affertur.

F CAPUT

desta materia fallaremos depois, quando tratarmos de huns Povos particulares, que se chamavaõ Gallegos. Depois do tempo de Augusto, naõ só eraõ os Bracarenses comprehendidos no nome de Gallegos, porém eraõ julgados pelos principaes Povos de Galliza, como se vê dos Geografos, Escritores, e ainda dos cippos, e pedras daquella idade, que a cada passo se encontraõ.

6 Mas já he tempo de escrevermos em particular de cada hum dos Povos, que depois das mudanças, que ordenou Augusto nos limites das Provincias, e da instituiçaõ das Chancellarias, conseguiraõ, ou retiveraõ o nome de Bracarenses, em cuja relaçaõ observaremos o seguinte. Naõ trataremos neste Capitulo dos Povos, cujas Cidades achamos nomeadas nos Escritores Gregos, ou Romanos, e os reservaremos para os Capitulos, em que se ha de fazer mençaõ das Cidades. Pelo que só dos de mais trataremos agora, guardando a ordem das letras iniciaes.

7 Aebisocenses, ou Aebisocos, isto he, Ebisocenses, ou Ebisocos, eraõ huns Povos, de que faz mençaõ hum cippo muito celebre, que ainda hoje se conserva na Villa de Chaves. Donde se vê, que estes Povos eraõ Bracarenses, porque naquelle cippo naõ se gravavaõ os nomes dos Povos estranhos, como declararemos quando produzirmos a inscripçaõ do tal cippo. Ignoramos porèm para que parte, ou em que lugar do destricto Bracarense estavaõ situados, porque delles naõ ha memoria entre os Geografos, e Escritores antigos.

8 Naõ he assim dos Aequisilicos, isto he, Equisilicos, porque destes trata Plinio, quando refere os Concelhos da Chancellaria de Braga; tambem faz mençaõ delles o sobredito cippo de Chaves. Parece-me, que naõ estavaõ muy longe de Braga; porque na divisaõ das Parochias, ordenada no tempo dos Reys Suevos, se dá à Diocesi de Braga huma Parochia chama-

da

CAPUT V.

De Gallæcis, Interamicis, Leunis, Seurbis, & Tamacanis.

1 „INter peculiares Bracarum gentes Gallæcos „Plinius, (*a*) recitat. Quinam populi hi essent, „quo positi, & de illorum nominis etymologiâ, hoc „Capite inquirendum; utpote quarum rerum cognitio „maximè inservit, cùm ad elucidanda ea quæ dicta, „quàm quæ dicenda remanent.

2 „Itaque Gallæci, & Callaici nomina sunt dis„paria penes Orthographiam, non significationem. „Utroque modo à probatis Scriptoribus, (*a*) & in „marmoreis vetustarum columnarum inscriptionibus „occurrunt exarata. Ergo castigandus est Cellarius, „(*b*) dum Gallæci scribentes reprehensione dignos ju„dicavit. Existimaverim tamen priori illâ ante Augus„tum ætate, Callaicos, non Gallæcos dici; in tabulis „enim Capitolinis de triumpho, & cognomine Decii „Junii Bruti agentibus, Callaici nominantur. Postea „tractu temporis asperitate initialis *C* offendente au„res, suavioris soni gratiâ, litera *C* migravit in suam „mediam, & cognatam, ut Grammatici loquuntur, „*G*. Apud quos igitur maioris erat antiquitatis reve„rentia, quàm loquellæ suavitas, antiqua scribendi ra„tio retenta, à cæteris immutata est.

3 „Etymologici hujus nominis originem dedu„cunt à Gallogræci, asserentes videlicet, gentem hanc „à Græcis, & Gallis genus ducere, & inde nomen Gal„læci invenisse. Licet autem supra ostenderimus, ha„bitantes in illo regionis spatio, quod à Durio ultra „Minium extenditur, & oram maritimam attingit so„bolem esse cum Celtarum, tum Græcorum; tamen

da Equesis, cujo nome bem mostra ter sido alli a Povoaçaõ dos Equesilicos. Porém ainda assim, naõ he possivel declarar o sitio certo deste Concelho, porque o sobredito documento, sem fazer mençaõ em que rumo cahia, só diz, que estava perto de Braga. Isto tinha escrito na primeira impressaõ destes Commentarios; porém agora mudando de opiniaõ, digo, que os Povos Equisilicos, e Parochia Equesis ficava onde depois esteve o lugar de Baroncelle.

9 Cerenecos eraõ Povos da Chancellaria Bracarense, como se collige de huma inscripçaõ Romana, que ainda hoje existe na Igreja do Salvador de Thuyas, a qual tem as letras seguintes:

LARIBUS
CERENA
FCIS. NIL
ER. PROC:
VII. PU. LS

Pareceme querem dizer: *Nilo Erredio Procurador das estradas publicas, de boa vontade, por voto feito erigio esta memoria aos Deoses das casas dos Povos Cerenecos.* Em que parte ficavaõ estes Povos, naõ o direy; mas como o tal cippo existe naõ longe da Villa de Canaveses, em quanto naõ apparece razaõ em contrario, devemos entender, que habitavaõ naquelles arredores.

CAPI-

„ allatam etymologiam, potiùs ingeniosam, quàm „ veram judicamus; cùm enim certum sit, hos populos jam ante Bruti expeditionem Callaicos appellari, „ si ab illâ origine nomen traxissent, non Callæci „ aut Callaici, sed Celto Heleni vocarentur. Quî „ enim fieri potuit, ut quibus Romanus sermo ignotus „ erat, ex nomine Romano, nempe Gallus, & Græ„ cus, patrium, sive gentilitium sibi nomen formavisse?

4 „ Quæ hactenus diximus, ne æstimet aliquis „ incassum dicta, utpote quæ Callaicæ nationi, non „ verò peculiari Bracarum civitati, de quâ est nobis „ sermo, conveniunt. Contendo enim, hanc peculia„ rem civitatem, ante Bruti expeditionem singularem „ Callaicorum fuisse sedem, licèt longiori spatio pro„ tensam, quascunque autem ultra Minium gentes „ consedisse, minimè tunc temporis Callaicorum no„ men usurpasse. Quæ omnia facilè declarant duo lo„ ci ex Floro, (*a*) & Strabone (*b*) excerpti, & inter „ se collati. Strabo quidem refert, Minium amnem „ terminum fuisse expeditionis Bruti; Florus autem ele„ gantissimis, ut solet, verbis, affirmat, illum Procon„ sulem omnes Gallæciæ populos domuisse. Dum ergo „ unus asserit, Brutum Minium amnem non transmisis„ se; alter verò cunctas Callaici nominis civitates ob„ tinuisse, necessariò gentes ultra Minium positas, à „ Callaicorum appellatione videntur arcere.

5 „ Jam verò Plinius (*a*) quodam loco affirmat „ oppidum Bracarum Augusta supra Gallæciam locari, „ & alio loco Gallæcos inter peculiares civitates, quæ „ Bracarum Conventus erant, dinumerat; nomine ve„ rò Gallæciæ, & Gallæcorum non universalem regio„ nem Gallæciam suâ ætate appellatam inuisse, imò ne „ tractum quidem illum Minio, & Durio inclusum di„ lucidè patet; quâ enim ratione, urbem intra Gallæ„ ciam locatam, supra ipsam positam diceret, quove „ pacto Gallæcos populos ab aliis Bracaris secerneret? „ Constat igitur tempore Plinii, dum tota regio intra

„ Bra-

CAPITULO V.

Dos Povos Gallegos, Interamicos, Leunos, Seurbos, e Tamacanos.

1 ENtre os Povos particulares da Chancellaria de Braga, nomea Plinio a huns chamados Gallegos. Neste Capitulo havemos de discorrer sobre que Povos estes eraõ, onde estavaõ situados, e da origem do seu nome, porque destas noticias pende a intelligencia tanto de muitas cousas, que ficaõ ditas, como de outras, que ainda se haõ de dizer.

2 Gallegos pois, e Calaicos saõ nomes diversos na Orthografia, mas naõ na significaçaõ. De huma, e outra sorte se achaõ escritos em Authores approvados, e nas inscripções Romanas, e assim se deve estranhar a Cellario o reprehender aos que escreviaõ *Gallæci.* Entendo porém, que nos tempos primitivos, e antes de Augusto se chamavaõ Calaicos, e naõ Gallegos, porque Calaicos se chamaõ nas Taboas Capitolinas, quando trataõ do triunfo de Decio Junio Bruto. Depois correndo os annos, como a aspereza da letra *C* offendesse os ouvidos, se mudou na sua letra media, e cognata *G*, como lhe chamaõ os Grammaticos; e assim aquelles, que mais estimavaõ o respeito da antiguidade, que a suavidade do som, conservaraõ a antiga Orthografia, os de mais mudaraõ-na.

3 A etymologia deste nome deduzem communmente de *Gallogræci*, dizendo, que estes Povos se chamaraõ Gallegos, porque descendiaõ dos Gallos, e dos Gregos. Eu com tudo julgo esta etymologia mais por engenhosa, que por verdadeira, ainda que convenho, que esta gente procedia, como dissemos, dos Celtas, e dos Gregos; pois sendo certo, que estes

Povos

„ Bracarum , & Lucensium Conventuum terminos con-
„ tenta , universali Gallæciæ appellatione potiretur , pe-
„ culiarem fuisse civitatem , & populum , non procul
„ à Bracara Augusta sitos , qui Gallæcia , & Gallæci spe-
„ ciatim dicerentur.

6 „ Quâ autem ætate Julius Cæsar Prætoriâ po-
„ testate decoratus gentes trans Durium , Miniumque ,
„ & Septentrionali maris oræ incumbentes bello perse-
„ cutus est , jam universa illa regio Callaicum nomen
„ sibi adsciverat. Quod deducitur tum ex Dione (*a*)
„ referente , Cæsarem Brigantium oppidum mari adpo-
„ situm in Gallæciâ cæpisse , tum ex quâdam columnâ
„ Bracaræ ad usque hanc diem permanente , cujus ins-
„ criptionem opportuniori loco dabimus.

7 „ Non me fugit Strabonem (*a*) frequenter uni-
„ versos populos à Durio ad Celticum Promontorium
„ habitantes Callaicos appellare , sed ipsum in hâc lo-
„ quendi ratione obsecutum esse sui temporis consue-
„ tudini , attentè legenti , non difficile erit judicare.

8 „ Jam ergo hujus peculiaris civitatis situm in-
„ dagemus modo , quo in re vetustate oblitâ , & per-
„ petuâ nominum mutatione perobscurâ fieri licet.
„ Erant itaque hi Callaici , de quibus speciatim agit
„ Plinius , siti in montibus , qui ad Orientalem plagam
„ supra Bracaram porriguntur ; ut ipse Geographus sa-
„ tis innuit. (*a*) Eos autem esse monticolas ex Strabone
„ (*b*) cognoscimus , asserente , ut verbis ipsius rem
„ agam , Callaicos (loquitur de Callaicis à Bruto de-
„ victis) montanæ regionis multum incolere , ac pro-
„ inde difficilimos esse superatu. Crederem ergo hos
„ Plinii Gallæcos , montem hodie *Geres* appellatum in-
„ habitasse , tempore autem Bruti Proconsulis , ipsos
„ per immania juga illius montis , qui pro locorum di-
„ versitate , variis nominibus insignitur , & in Gallæ-
„ ciam hodiernam longissimè procurrit , dispersos esse.
„ Certè intra Giresii montis asperas rupes vestigia in-
„ sunt cujusdam oppidi , aut propugnaculi , quæ spe-
„ ciem

Povos já antes da guerra de Bruto se chamavaõ Calaicos, se o seu nome se derivasse daquella descendencia, haviaõ-se de nomear Celtohelenos, e naõ Callaicos, ou Gallegos. Aliás como podia ser, que gente, que desconhecia o idioma Romano, formasse o seu nome de vozes Romanas, isto he, dos nomes patrios Gallo, e Grego?

4 Nem imagine alguem, que o que temos dito he inutil, porque só convem à naçaõ dos Gallegos, e naõ a Concelho especial do Paiz Bracarense, que he do que aqui tratamos; porque pertendo, que este Concelho, antes da expediçaõ de Bruto, era o unico Paiz dos Gallegos, ainda que de mais dilatado comprimento, e que os Povos, que viviaõ além do rio Minho, naõ se chamavaõ Gallegos naquelle tempo. O que bem se mostra de dous lugares, hum tirado de Estrabo, outro de Lucio Floro, conferindo-os entre si. Estrabo diz, que o rio Minho foy o termo da expediçaõ de Bruto. Floro com estylo muy elegante, segundo costuma, segura, que aquelle Proconsul domou todos os Povos de Galliza; dizendo pois hum, que Bruto parou no rio Minho, e segurando o outro, que conquistou todos os Povos Gallegos, já se vê, que excluem do nome de Gallegos todas as gentes, que moravaõ além do Minho.

5 Além disto: Plinio em huma parte diz, que a Cidade de Braga estava situada sobre Galliza; em outra nomea aos Gallegos entre os Concelhos particulares, que pertenciaõ à Chancellaria de Braga; e he certo, que por estes nomes Galliza, e Gallegos, naõ entendeo aquella regiaõ grande, que no seu tempo se chamava Galliza, nem ainda todo o espaço de terra incluso entre os rios Douro, e Minho; aliás com que razaõ havia de dizer de huma Cidade collocada no interior de Galliza, que estava posta sobre Galliza? E como havia de separar aos Gallegos dos de mais Povos Bracarenses, se todos os Bracarenses eraõ Gallegos?

„ ciem longiſſimæ vetuſtatis præ ſe ferunt.

9 „ Interamici populi erant Bracari (*a*) inter duo „ flumina locati, quod ipſa nominis interpretatio in- „ dicat. Cæterum crebris fluminibus ſolum Bracarum „ diſtinguentibus, quibus intercluderentur, non poſ- „ ſumus aſſignare. Unum me dicere non pigebit, ver- „ naculo ſermone *Entre ambos os rios*, hoc eſt, inter „ amnes, vocari intervallum illud inter ceptum, & „ irrigatum à fluviis Durio, & Tamaca. Utrum verò „ hoc in ſpatio Interamici conſiderent aſſeverare non „ audeo, cùm de illis prorſus antiqui Scriptores ſi- „ leant, & ſolummodo ex inſcriptione Aquiflavienſi „ nomen eorum nobis innoteſcat.

10 „ Leunos, & Seurbos commemorat Plinius, „ & (*a*) Bracaris annumerat. Unde patet ipſos ſpatium „ illud, quod *Comarca de Valença* hodie dicimus, co- „ luiſſe. Dum hæc ſcribebam, mihi in mentem ve- „ niebat utrum in Plinii codices culpa librariorum er- „ ror irrepſerit, qui pro Lubeni Leuni ſcripſerint. „ Ptolomeus enim Lubenos Bracaris adſcribit, & nos „ poſtea eos auſtralem Minii ripam habitaſſe monſ- „ trabimus. Verùm nihil de receptâ Plinii lectione im- „ mutaverim.

11 „ Tamacanorum memoria penitus excideret, „ ni eorum nomen inſcriptio Aquiflavienſis (*a*) ab obli- „ vione vendicaret. Gens erat ripas Tamacæ amnis ad- „ poſita, ut colligere eſt ex nominis impoſitione. Sed „ cùm allatus amnis à fonte ad fauces multa milliaria „ percurrat, vero propius eſt, imò certum, non om- „ nes illarum marginum cultores Tamacanos dici, ut „ patet in Aquisflavienſibus, quos fluvius ille permea- „ bat. Unde definita iſtius civitatis poſitio incerta ma- „ net. Exiſtimo tamen ſitam eſſe, ubi Tamaca in Du- „ rium influit; cùm ut plurimum à fluminibus nomen „ acciperent, gentes circa illorum oras, non verò ad „ fontes habitantes. Sic Ticinenſes poſiti ſunt, ubi Tici- „ num Pado amni committitur, Patavini ad fauces Padi.

 „ Turo-

gos? Consta pois, que no tempo de Plinio, em que toda a regiaõ das Chancellarias Bracarense, e Lucense se chamava com o nome geral de Galliza, havia huns Povos situados junto a Braga, que especialmente se chamavaõ Gallegos, e Galliza.

6 Quando Julio Cesar, feito Pretor, moveo guerra às gentes, que habitavaõ naõ só além do Douro, e do Minho, mas na costa Septentrional, já entaõ todo aquelle espaço gozava o nome de Galliza, o que se deduz assim de Diaõ Cassio, que relata conquistara Cesar a Cidade da Corunha, situada na costa de Galliza; como outro sim de huma columna, que existe em Braga, de cuja inscripçaõ trataremos em lugar mais proprio.

7 Bem sey, que Estrabo muitas vezes chama Gallegos aos Povos, que viviaõ desde a foz do Douro, até o Cabo de Finis terræ; mas quem o ler com attençaõ, facilmente verá, que se accommodou neste modo de fallar com o uso do seu tempo.

8 Mas já o he de investigarmos a situaçaõ deste Concelho dos Povos particulares Gallegos, naquella fórma, que póde ser em materia taõ remota da memoria dos homens, e taõ escurecida com a continua mudança dos nomes. Estavaõ pois estes Gallegos, dos quaes especialmente trata Plinio, situados nos montes, que ficaõ acima de Braga, e se dilataõ para a parte do Oriente, como bastantemente declara o mesmo Geografo. E que elles fossem montanhezes, consta de Estrabo, que diz por estas palavras: *Que os Gallegos* (falla dos domados por Bruto) *occupavaõ grande parte da montanha, e que por isso foraõ difficeis de conquistar.* Entendo pois, que estes Gallegos de Plinio habitavaõ no monte Geres, e que no tempo do Proconsul Bruto viviaõ espalhados por aquellas serras altissimas, que segundo a diversidade dos lugares, tem actualmente diversos nomes, e se prolongaõ pelo Reyno de Galliza. E verdadeiramente ainda hoje entre os asperos rochedos

„ Turodos seu Turolicos , vel si mavis Turoli-
„ censes Conventui Bracaraugustano adjudicat Ptolo-
„ meus , ipsorumque Caput urbem Aquas Layas desig-
„ nat. Unde pro comperto habeo incoluisse sinistras
„ Minii ripas , tractumque , quem nunc Divi Martini
„ de Lanhelas vernaculo sermone nominamus , ut cum
„ de oppido Aquis Læis , sive Lais agetur , demonstrabi-
„ mus. De hac gente meminit cippus extans in oppi-
„ do Freixo de Nomaõ apud nostros nuncupato , & his
„ notis inscriptus.

CATUENUS. D.
OCQUIRINI. F.
LARIB. TUROL
IC. CONSACR.

„ Scilicet : *Catuenus Decurio , Ocquirini Filius Laribus Tu-
„ rolicis , seu Turolicensibus consecravit.*

„ Hîc Lectores admonitos volo , ineptè interpre-
„ tem Ptolomei pro *Turodon* , quod erat in exemplari
„ Græco , *Turodon* Latine vertisse ; non enim hi popu-
„ li apud Latinos Turodi , sed Turolici , sive Turolicen-
„ ses vocabantur , quod ex data inscriptione evincitur ,
„ migrante litera *D* in *L* , quod Latinis familiare est ,
„ & patet in voce *Ulissea* , quæ apud Græcos *Udissea* di-
„ citur , & nominatur , & in sexcentis aliis.

„ His addo Turolicam gentem , & Aquas Layas
„ ipsorum Caput intra hodierna regni nostri confinia
„ contineri , certo certius esse : constat enim ex Pto-
„ lomeo ad Bracaros pertinere , qui Bracari in senten-
„ tia , licet falsa , ipsius Geografi , ultra Minium flumen
„ non extendebantur. Quod flumen hodie nostros In-
„ teramnensis Provinciæ Lusitanos , ab hodierna Gallæ-
„ cia dividit , & separat. Sed jam ad alia properemus.

dos do Geres ſe vem os veſtigios de huma Cidade, ou Caſtello, que moſtraõ huma grandiſſima antiguidade.

9 Interamicos eraõ huns Povos Bracarenſes, collocados entre dous rios, como a interpretaçaõ do ſeu nome eſtá inſinuando. Porém como o Paiz Bracarenſe era cortado de muitos rios, naõ podemos aſſinar entre quaes eſtavaõ aſſentados eſtes Povos. Huma couſa naõ deixarey de dizer, e he, que actualmente intitulamos Entr'ambos os Rios aquelle Paiz, que fica entre os rios Douro, e Tamaga; com tudo naõ me atrevo a ſegurar, que foſſe eſte o aſſento dos Povos Interamicos, porque os Authores antigos inteiramente os paſſaõ em ſilencio, e ſó pela inſcripçaõ de Chaves he que os conhecemos.

10 Dos Povos Leunos, e Seurbos faz mençaõ Plinio, e os ſitúa entre os rios Lima, e Minho, donde fica claro, que eſtes Povos occupavaõ aquelle eſpaço, que hoje chamamos Comarca de Valença. Eſtando eſcrevendo iſto, me occorria, ſe por ventura haveria erro nos Codices de Plinio por culpa dos Amanuenſes, que em lugar de Lubenos, trasladaſſem Leunos, em razaõ de que Ptolomeo numera aos Povos Lubenos entre os Bracarenſes, e abaixo havemos de ver, que viviaõ na margem Auſtral do rio Minho. Porém ainda aſſim naõ me parece ſe deva mudar a liçaõ de Plinio.

11 Nenhuma memoria haveria dos Povos Tamacanos, ſe a inſcripçaõ de Chaves naõ fizeſſe mençaõ delles. Habitava eſta gente nas margens do rio Tamaga, como ſe vê do nome, que tomaraõ. Porém como eſte rio deſde o ſeu naſcimento até o fim corra muitas legoas, naõ ſó he veroſimil, mas certo, que nem todos os que viviaõ nas ſuas ribeiras, ſe chamavaõ Tamacanos, como vemos nos Aqueflavienſes, por entre os quaes paſſava aquelle rio; pelo que fica incerta a ſituaçaõ dos taes Povos. Ainda aſſim parece-

me,

CAPUT VI.

Quinam olim rerum in tractu Bracarum potiti sint?

1 „BRacaros sobolem esse Græcorum, Celtarumque jam sæpe statuimus. Quibus verò Regibus, sive Regulis, sive Ducibus regerentur, „quæ fœdera, quæve bella in illa priscâ ætate cum finitimis inirent, tempus perpetuâ oblivione contrivit. „In Phænicum, aut Pænorum potestatem nunquam devenisse pro certo ducimus, quamvis suspicemur „utrosque ad eos sæpe mercaturæ gratiâ commeasse; „ait enim Strabo, (*a*) Phænices in Cassiterides insulas „negotiandi causâ sæpius ivisse, quæ insulæ, licèt de „eorum situ maximum inter Geographos sit dissidium, „omnes conveniunt ultra Bracarum oram locatas fuisse. Porrò neque Pænos, neque Phænices Durium „transmisisse ex lectione Livii, & Polibii satis constat. „Primus itaque exterorum, qui Bracaros bello lacessivit, & subegit, Brutus Romanus Proconsul fuit, qui „profligatis cis Durium incolentibus Lusitanis, eòque „superato flumine, universos populos intra Durium, „& Minium circunscriptos, æquali periculo, & labore, „ac maximâ nominis sui gloriâ debellavit; ut his politissimis verbis refert Florus: (*a*) *Decius Brutus* „*aliquanto latiùs Celticos, Lusitanosque, & omnes Gallæciæ populos, formidatumque militibus flumen Oblivionis:* „*peragratoque victor Oceani litore, non prius signa convertit, quàm cadentem in maria Solem, obrutumque aquis* „*ignem, non sine quodam sacrilegii metu, & horrore deprehendit.* Exacto tempore Proconsulatus Bruti, & „ipso in Romam redeunte, existimo Bracaros, & Callaicos in Romanos rebellasse, nec amplius usque ad

„Præ-

me, que eſtavaõ ſentados onde o rio Tamaga deſagua no Douro, em razaõ de que pela mayor parte naõ recebiaõ dos rios os nomes as gentes, que moravaõ a par onde elles naſciaõ, mas ſim as que viviaõ onde elles acabavaõ. Deſta ſorte os Ticinenſes habitavaõ onde fenecia o rio Ticino, e os Patavinos na foz do rio Pado.

Turodos ou Turolicos, e talvez Turolicenſes, eraõ huns Povos que Ptolomeo attribue à Chancellaria de Braga, e affirma que a ſua principal povoaçaõ era a Cidade de Aguas Layas. E aſſim tenho por certo que habitavaõ nas margens meridionaes do rio Minho, e que occupavaõ aquelle eſpaço de terra, onde hoje vemos a Freguesia de S. Martinho de Lanhelas, como moſtraremos quando tratarmos da Cidade de Lais. Deſtes Povos faz mençaõ hum cippo, que exiſte na Villa de Freixo de Nomaõ, e tem a inſcripçaõ ſeguinte.

CATUENUS D.
OCQUIRINI. F.
LARIB. TUROL
IC. CONSACR.

Quer dizer: *Catueno Decuriaõ, filho de Ocquirino, conſagrou eſta memoria aos Deoſes das caſas dos Turolicenſes.*

Advirto aqui aos Leitores, que o interprete Latino de Ptolomeo verteo mal a palavra *Turodon*, que achou no exemplar Grego, em *Turodon*, que poz na verſaõ Latina; porque os taes Povos entre os Latinos naõ ſe chamavaõ Turodos, mas Turolicos, ou Turolicenſes, como ſe vê da inſcripçaõ acima, mudando a letra *D* na letra *L*, como coſtumavaõ, o que ſe vê na palavra Latina *Uliſſea*, que os Gregos dizem *Udiſſea*, e em outros muitos vocabulos.

Ao que fica dito accreſcento, que he ſem queſtaõ eſtarem ſituados os Povos Turolicos, e a Cidade de Lais, ſua Cabeça, dentro dos confins, que hoje ſaõ do

noſſo

„ Præturam Julii Cæsaris sub eorum dominatione fuisse. Nam gens servitutis impatiens, & insueta pati jugum, multitudine, roboreque præstans, locorum asperitate munita, rapidissimis, profundisque fluminibus undique vallata, non esset negligens in arripiendis occasionibus recuperandi pristinam libertatem. Hinc provenit vix ullum ibi reperiri cippum ante Augusti ætatem inscriptum. Certè Tiberius Imperator, (*b*) cùm jam omnia pacata redderentur, ut eos coërceret, & in servitute Romani Imperii retineret, necesse habuit trans Durium in Callaico tractu, duas cohortes, quæ parta tuerentur, in præsidium mittere, & perpetuò retinere, ut refert Strabo. (*b*) Nec à Bruti discessu adusque Cæsaris Prætoris imperium, ulla de Callaicis in Historiâ Romanâ fit mentio, nisi velimus, illos sub generali Lusitanorum appellatione designari, quos in illo temporis intervallo constat non rarò à Romanis defecisse, & post diuturna, & sæpius iterata bella tandem quievisse. Tantummodo apud Strabonem (*c*) legitur Publium Crassum ad insulas Cassiterides appullisse, easque, non invitis incolis, in amicitiam, & potestatem Romanorum redegisse. Quæ insulæ ab antiquis Geographis Callaicæ regioni adscribuntur, uno excepto Plinio. Quâ de re fusè in nostris Commentariis Bracaraugustanæ Diœcesis tractavimus.

2 „ Postquam Julius Cæsar adeptâ Præturâ venit in Hispaniam, ex Dione (*a*) constat movisse bellum in Herminios populos Lusitaniæ; eosque brevi tempore profligasse, & jussis suis stare coëgisse. Quorum ruinâ civitates conterminæ decreverunt, relictis vicis, & urbibus suis, trans Durium cum filiis, & uxoribus transmigrare. Verùm Cæsar consilii eorum gnarus, profectionem jam parantes occupavit, civitates cœpit, acie vicit, atque delevit. Eodem tempore nuntiatur ei Herminios iterum defecisse, eique reversuro insidias in itinere tetendisse. Quâ

„ re

nosso Reyno; porque consta de Ptolomeo que pertenciaõ aos Bracaros, os quaes Bracaros na opiniaõ, ainda que falsa do mesmo Geografo, naõ se dilatavaõ alem do rio Minho, e este he o que hoje separa, e divide o nosso Reyno de Galliza. Mas passemos já a outra materia.

CAPITULO VI.

Dos Conquistadores do Paiz Bracarense.

1 JA' acima assentámos, que os Povos Bracarenses eraõ descendencia dos Gregos, e dos Celtas. A antiguidade do tempo nos priva de saber, que Reys, ou Regulos, ou Capitaens os governaraõ naquelle primeiro estado, e que guerras, ou allianças fizessem com os seus visinhos. Tenho por certo, que nem estiveraõ sogeitos aos Fenices, nem aos Carthaginezes, ainda que sospeito, que huns, e outros muitas vezes passaraõ a contratar naquelle Paiz; pois affirma Estrabo, que os Fenices repetidamente navegavaõ as Ilhas Cassiterides, para alli negociarem. O sitio das quaes Ilhas, posto que seja muy disputado entre os Geografos, todos concordaõ, que ficavaõ além da marinha de Braga. Pelo que referem Polibio, e Tito Livio, consta aliás, que nem os Carthaginezes, nem os Fenices passaraõ o rio Douro. E assim o primeiro Capitaõ Estrangeiro, que fez guerra, e domou aos Bracarenses, foy Bruto, Proconsul Romano, que vencidos os Lusitanos, que moravaõ à quem do Douro, passado este rio com grande trabalho, e perigo, e com grande gloria sua, tomou por força de armas todos os Povos, que habitavaõ em Entre Douro, e Minho, segundo refere Lucio Floro com estas elegantes palavras: *Decio Junio Bruto proseguio mais adiante, e domou*

„ re cognitâ , aliâ viâ regressus denuò superavit , & „ inde ad insulam terræ proximam fugientes usque ad „ maris littus insecutus est. Cùmque accersitis aliunde „ navigiis , Romani insulæ adnavigassent , Herminii, „ multis occisis , magnâ cum strage eos in continen- „ tem remigrare compulerunt. Donec Cæsar , è Gadi- „ bus accitis maioribus navigiis, ad insulam applicuit, „ Herminiosque cibariorum inopiâ jam laborantes stra- „ vit.

3 „ Gentem hanc Herminiorum Bracaris Callai- „ cis , neque contemnendi Scriptores adjudicant. Non „ tamen discederem à Resendio, (*a*) qui multis anti- „ quorum monumentis liquidò probat Herminium mon- „ tem , à quo hi populi nomen invenerunt, illum esse, „ quem hodie *Serra da Estrella*, hoc est, *Montem Stel- „ læ* vernaculo sermone appellamus , quippe altissimus „ impendet. Consiliumque captum à civitatibus fini- „ timis Herminiis transmittendi Durium , satis inuit uni- „ versos hos populos Durium inter , & Tagum iniisse „ sedes ; & inde ut Cæsaris arma , & potentiam vita- „ rent, in Callaicos abire cogitasse, quorum regio, ut „ jam diximus , tunc temporis à servitute Romanorum „ erat vindicata ; at qui cis Durium , & Tagum erant „ populi , pæne omnes Romanis serviebant.

4 „ Captâ , ad quam confugerant Herminii, insulâ, „ Cæsar cum classe in Bracarum, & Callaicorum oram „ provectus, superato Celtico Promontorio, & in Ori- „ entem Solem versis proris , Septentrionale Gallæciæ „ littus obivit , (*a*) Brigantinumque portum intravit. „ Quæ civitas stupore Romanarum navium correpta , „ protinus sese dedit Prætori.

5 „ Relata ex Dione excerpsimus, nec cætera Cæ- „ saris acta in Provinciâ ulterioris Hispaniæ adminis- „ tranda, apud Scriptores leguntur. Verùm mihi certum „ est , Cæsarem in alterutrâ harum expeditionum , Bra- „ caros, & magnam Gallæciæ partem subjugasse. Certè „ Bracaræ extat columna illo in tempore his notis incisa :

H C.

e domou aos Celtas, e Lusitanos, e a todos os Povos de Galliza, e o pavoroso rio do Esquecimento; e tendo vencedor caminhado a costa do Oceano, naõ retrocedeo atè naõ ver, com medo, e horror de incorrerem sacrilegio, porse o Sol no mar, e os Astros entre as aguas. Acabado o tempo do Proconsulado de Bruto, e voltado elle para Roma, entendo, que os Bracarenses, e Gallegos se rebellaraõ contra os Romanos, e que desde entaõ até a Pretura de Julio Cesar se eximiraõ da sua obediencia. Eraõ os Bracarenses gente impaciente da servidaõ, pouco costumados a sofrer jugo alheyo, muitos em numero, e esforçados, defendidos da aspereza das terras, em que viviaõ, e dos rios profundos, e arrebatados, que a cercavaõ, e dividiaõ, e assim naõ haviaõ de ser negligentes em se valer das occasioens de recuperar a antiga liberdade. E daqui provem, que apenas se acha alli padraõ algum com inscripçaõ antes do tempo de Augusto. Certamente Tiberio Emperador, quando já tudo estava pacifico, para os refrear, e conter na obediencia do Imperio Romano, foy precisado a mandar para aquella parte duas cohortes, que defendessem a conquista, e a sustentallas alli continuamente como presidio, segundo tudo relata Estrabo. Desde a volta de Bruto, e a Pretura de Cesar se naõ faz mençaõ alguma dos Gallegos na Historia Romana; salvo se dissermos, que se faz mençaõ delles debaixo do nome de Lusitanos, os quaes consta, que neste intervallo de tempo muitas vezes se rebellaraõ contra os Romanos, e depois de continuadas, e repetidas guerras, finalmente se aquietaraõ. Sómente se lê em Estrabo, que Publio Crasso aportou às Ilhas Cassiterides, e que os moradores destas voluntariamente se sogeitaraõ aos Romanos. A estas Ilhas situaraõ todos os Geografos antigos, excepto Plinio, no mar de Galliza. Sobre o que discorremos largamente nos nossos Commentarios da Diocesi de Braga.

2 Depois que Julio Cesar veyo por Pretor a Hespanha

C. CÆSARI AUG. F.
PONTIF. AUGURI
CALLECIA

„ Quas cum nostro Barrio (*a*) sic libet interpretari: „ *Callecia monumentum hoc Caio Cæsari Augusto, Felici,* „ *Pontifici, Auguri dicavit.* Hunc autem Caium Cæsa- „ rem alium non esse ab eo, de quo nunc loquimur, „ validissimis rationibus comprobatur. Cùm enim ins- „ criptio careat titulis tribui solitis Imperatoribus, de „ Caio Cæsare, non quidem Augusto, & Imperatore, „ sed de Prætore videtur agere. Nec æstimet aliquis, „ cippum illum dedicatum fuisse Caio Cæsari Augusti „ nepoti, quem constat anno quarto decimo ætatis suæ „ Consulem esse designatum, (*b*) altero verò, & vi- „ gesimo ætatis, juventutis flore in Lycia diem obiisse, „ nunquam verò Pontificali, aut Augurali munere per- „ functum. Equidem si Augusti nepoti monumentum „ esset nuncupatum, Principem juventutis eum nomi- „ naret, quo titulo ipse, & frater ejus Lucius in omen „ futuri Imperii ab avunculo (*c*) donati erant.

6 „ Quando igitur allatus cippus nec cuiquam „ Augustorum convenire dignoscitur, nec Augusti ne- „ poti, relinquitur ut Caio Cæsari, de quo agimus, „ sit dicatus, qui jam tunc Pontificium, & Augurale „ munus administraverat. Quos magistratus ipse tanti „ faciebat, ut jam rerum potitus nummos cuderet ar- „ genteos, è quibus unus apud me est, qui in supe- „ riori facie exhibet Cereris effigiem spicis coronatam, „ circumque hæ literæ sunt incisæ: DICT. ITER. COS. „ TERT. In aversâ autem numismatis facie, insignia „ magistratus Auguralis, & Pontificalis videntur ins- „ culpta cum his notis: AUGUR. PONT. MAX.

7 „ In eo quod attinet ad Augusti titulum Præ- „ tori attributum nequis hæreat. Meo quidem judicio „ magnitudinem rerum gestarum à Cæsare ostendit,

panha ulterior , consta de Diaõ Cassio , que moveo guerra aos Herminios, Povos da Lusitania , e que em breve tempo os desbaratou , e rendeo. Com a ruina destes atemorizadas as Cidades circumvisinhas , determinaraõ largar as suas Aldeas , e Cidades , e passarse com as suas familias para além do Douro. O que sabido por Cesar, se anticipou a acometellos antes da jornada , e lhes tomou as Cidades , os venceo , e desbaratou. A este tempo lhe chegaraõ novas , que os Herminios se tornaraõ a rebellar contra elle , e que na volta que havia de fazer , lhe tinhaõ preparado huma emboscada, do que advertido, tomou diverso caminho, e de novo os venceo ; e seguio aos que hiaõ fugindo para huma Ilha naõ muy distante da terra. Juntou navios , e acomete-os na Ilha ; porém os Herminios depois de matar muitos Romanos, com grande perda os obrigaraõ a se retirar para a terra firme. Entaõ Cesar mandou conduzir de Cadiz embarcaçoens mayores , e nellas passou à Ilha , e desbaratou aos Herminios, que já estavaõ muy fracos com a falta de mantimentos.

3 Muitos , e bons Authores assentaõ os Povos Herminios entre os Bracarenses trasmontanos ; porém eu naõ me aparto da opiniaõ de Resende , que com muitos documentos antigos mostra claramente , que o monte Herminio , do qual estes Povos foraõ chamados Herminios, era a montanha , a que hoje chamamos *Serra da Estrella* , que he altissima. E a determinaçaõ , que tomaraõ as Cidades confinantes com os Herminios de ir para além Douro, bem mostra, que estes Povos viviaõ entre o Tejo , e o Douro , e que para se livrarem das armas , e poder de Cesar , determinaraõ ausentarse para os Gallegos Bracarenses , a regiaõ dos quaes, como dissemos, naõ estava na obediencia dos Romanos naquelle tempo. Pelo contrario tudo o que ficava à quem Douro , e Tejo lhes obedecia.

Con-

„modo quo titulus Felix. Aliás certum eſt dignitatem hîc Auguſti appellationem minimè indicare, cùm „nulli dubium ſit ab Octaviani Auguſti ætate cognomen hoc ad Imperiale decus indicandum aſſumptum „eſſe.

8 „Sed ut ad Cæſaris acta in Bracaros redeamus, „ſuſpicor ipſum, ut eos à tranſitu Durii arceret, & „incurſiones illorum in veteres Turdulos propulſaret, „non longè à faucibus fluminis, in altera riparum, „caſtrum, ſive oppidum condidiſſe. Quippe refert „noſter Barrius, (*a*) in vetuſtiſſimæ Portucallenſis ar„cis muro, lapides ſuâ ætate extare nomine Julii inſ„criptos. Et addit in adversâ ripâ in caſtro Calle, „etiam cippos Romanis notis inciſos inveniri ſe ab aliis „accepiſſe. Equidem opportunitas loci ad coërcendas „Bracarum incurſiones, & Cæſaris in eligendis locis, ap„tis ad ſui defenſionem, & adverſariorum perniciem, „& illis muniendis dexteritas ſatis ſuadet, alteri ex his „arcem impoſuiſſe.

9 „Poſtquam relictâ Hiſpaniâ Caius Cæſar in Ro„mam diſceſſit, utrum Bracari in poteſtate Romano„rum permanſiſſent, an amiſſam libertatem recupe„raverint? in dubio eſt. Apud Cæſarem legimus, bello „Civili (*a*) jam inter Pompeium, & Cæſarem conci„tato, ab Afranio in Hiſpaniâ ulteriori Pompei Lega„to, Barbaris omnibus, qui ad Oceanum pertinebant, „auxilia imperata eſſe. Sub quâ generali Barbarorum „appellatione, Bracaros etiam comprehendi, ſitus ra„tio in dubium adducere non ſinit. Sed cum teſte Oro„ſio, (*b*) & Floro, (*c*) Cantabri, Aſtures, & ulterio„ris Gallæciæ pars prope Oceanum, ad uſque Auguſti „Cæſaris in eos populos expeditionem, ſui juris eſſent, „ille Cæſaris locus jam laudatus, videtur explicandus „de auxiliis, ad quæ nationes, quas barbaras Roma„no faſtu nominat, ex fœdere, ſeu ſocietate cum „Romanis antea initis, tenebantur. Minimè ergo du„bium eſt, Bracaros, cæteroſque Callaicos, toto illo

„tem-

4 Conquiſtada a Ilha, para onde os Herminios ſe retiraraõ, foy Ceſar com a Armada correndo a coſta dos Bracarenſes, e Gallegos, e vencido o Cabo de Finis terræ, voltou as proas ao Oriente, foy navegando pela coſta Septentrional de Galliza, e entrou na Cidade da Corunha, cujos moradores paſmados, e temeroſos de ver a fabrica dos navios Romanos, ſe lhe entregaraõ logo.

5 O que fica dito conta Diaõ Caſſio; nem os Eſcritores referem o de mais, que Ceſar obrou no governo da Heſpanha ulterior: Porém eu tenho por certo, que Ceſar em huma deſtas expediçóes ſogeitou aos Bracarenſes, e Gallegos. Pelo menos em Braga exiſte huma columna daquelle tempo, com as ſeguintes letras:

C. CÆSARI. AUG. F.
PONTIF. AUGURI
CALLECIA.

Quer dizer, ſegundo me parece, e ao noſſo Barros: *Galliza dedicou eſta memoria a Caio Ceſar Auguſto, Feliz, Pontifice, Agoureiro.* E que eſte Caio Ceſar ſeja o meſmo de que tratamos, ſe prova com muy fortes razoens, porque como a inſcripçaõ carece dos titulos coſtumados a dar aos Emperadores, naõ ſe deve entender de Caio Ceſar Auguſto, e Emperador, mas do Pretor. Nem entenda alguem, que a columna foy dedicada a Caio Ceſar, ſobrinho de Auguſto, o qual conſta foy Conſul deſignado de quatorze annos de idade, e aos vinte e hum na flor da idade faleceo em Licia, ſem ter ſido nunca Pontifice, nem Agoureiro; e na verdade ſe a columna ſe tiveſſe dedicado ao ſobrinho de Auguſto, ſem duvida o havia de nomear Principe dos moços Romanos, titulo, que o tio tinha dado a elle, e a Lucio ſeu irmaõ, como preſagio do futuro Imperio.

Suppoſto

„temporis ſpatio, quod à Caii Cæſaris Prætoris diſceſ„ſu, ad uſque Cantabricum bellum præteriit, cum Ro„manis ſociali fœdere junctos eſſe, in ditionem autem „eorum redactos, incertiſſimum.

10 „Cæterùm perfecto Cantabrico bello, Callai„cis, Aſturibuſque ab Auguſto domitis, & Romano„rum juſſis parere coactis, Hiſpaniarum adminiſtran„darum ratio immutata eſt. Auguſtus namque ipſas „in tres diviſit Provincias, (*a*) nempe Luſitaniam, „Bæticam, & Tarraconenſem, & prout Reipublicæ in„tereſſe putabat, priſcos civitatum, nationumque ter„minos abolevit, confudit, novoſque præſcripſit. „Callæciam à Durio flumine uſque ad Celticum Pro„montorium Luſitaniæ (*b*) ademit, Tarraconenſique „Provinciæ addixit, ipſamque Callæciam, ut creditur, „in duos juridicos Conventus partitus eſt, ſcilicet in „Bracarum, & Lucenſium. Priori in principem urbem „Bracaram deſtinavit; quæ ſive aſſentatoriè, ſive be„neficii memor, exinde Auguſtæ cognomen ſibi arro„gavit; ac deinceps Bracara Auguſta, & Auguſta Bra„carum, ejuſque cives Bracarauguſtani appellari con„ſueverunt. Quæ adminiſtrationis ratio, ad tempus „uſque Imperatoris Hadriani perſtitit. Hic denuò Pro„vinciarum in Hiſpaniâ numerum auxit, (*c*) Callæ„ciamque immani ſpatio dilatatam à Tarraconenſi reſ„cidit, & peculiarem Provinciam inſtituit. Qui re„rum ſtatus perduravit uſque ad Septentrionalium na„tionum in Hiſpaniam irruptionem. Quæ barbaræ na„tiones ſuſdeque omnia pervertere, ut in quarto hu„jus voluminis libro referemus.

6 Suppoſto pois, que o ſobredito cippo, nem convem a nenhum dos Emperadores, nem ao ſobrinho de Auguſto, ſeguеſe, que foy dedicado a Caio Ceſar, de que tratamos. O qual já entaõ tinha occupado os cargos de Agoureiro, e Pontifice Maximo, que elle eſtimava tanto, que ainda depois de ſe ver já ſenhor abſoluto do Imperio Romano, mandou bater moedas de prata, das quaes eu conſervo huma, que da parte ſuperior tem eſculpida a imagem de Ceres coroada de eſpigas, e à roda eſtas palavras: *Segunda vez Ditador, e Conſul a terceira*; e no reverſo as inſignias de Pontifice, e Agoureiro, com eſtas palavras: *Agoureiro, Pontifice Maximo.*

7 Naõ faça duvida o titulo de Auguſto attribuido a Ceſar, porque a meu ver, ſe lhe deu a reſpeito da grandeza das ſuas obras, aſſim como o de Feliz. Aliás certo he, que alli a voz Auguſto naõ indica dignidade, pois todos ſabem, que no tempo de Octaviano he que eſte titulo ſe tomou como ſignificativo da dignidade do Imperio.

8 Mas tornando às obras de Julio Ceſar a reſpeito dos Bracarenſes, preſumo, que para impedir as correrias deſtes ſobre os Turdulos antigos, edificou em huma das margens, perto da foz do Douro, algum Caſtello, ou Cidade. Porque diz o noſſo Barros, que no muro velho do Caſtello da Cidade do Porto, ainda no ſeu tempo eſtavaõ humas pedras, que tinhaõ eſcrito o nome *Julius*. E accreſcenta, que na margem oppoſta no Caſtello de Gaya ſe achavaõ cippos com inſcripçoens Romanas. Certamente a commodidade do ſitio para rebater as entradas dos Bracarenſes, e a ſagacidade de Ceſar em eleger, e fortificar os lugares aptos para a defenſa propria, e deſtruiçaõ alhea, baſtantemente perſuadem, que elle em huma daquellas eminencias fabricou Fortaleza.

9 Partido Ceſar para Roma, he muy incerto ſe os Bracarenſes permaneceraõ na ſogeiçaõ Romana, ou

ſe

LIBER SECUNDUS.

De Urbibus Conventûs Bracarum.

CAPUT I.

De situ, longitudine, ædificiis, & dignitate urbis Bracaræ Augustæ.

1 „BRacarum Conventus oppida hoc in libro dinumerare in animo est, & quæque ad eorum situm, nobilitatemque „conducebant, elucidare. Opus sane perquam difficile; cùm hucusque nemo, quod sciam, hanc operosissimam provinciam susceperit. In recitandis ergo „urbibus, vicisque hunc ordinem sectabimur. Primum de Bracarâ Augustâ: de cæteris deinde dicemus eo loco, quo initialis nominum litera postulabit.

2 „Itaque de nomine, & Conditoribus Bracaræ „Augustæ satis (*a*) supra disseruimus. Quo autem tempore ædificata sit, mihi incompertum esse fateri non „erubesco. Puderet me quidem, si vanissimis conjecturis inexplorata pro exploratis lectoribus venditarem. De hujus urbis igitur antiquitate, hoc unum „ex Appiano (*b*) discimus, ætate Decii Junii Bruti „Consulis Bracaros populos jam in claritate esse; & „ex columnis sub Cæsare Augusto inscriptis urbem „Bracaram eâ tempestate celeberrimam haberi cognoscimus.

3 „Porrò ipsa urbs planitie, quâ hodie incolitur, insurgebat, arctius tamen spatium occupabat;

I ,quippe

ſe ſe reſtituiraõ à ſua liberdade. Nos livros da guerra Civil entre Pompeo, e o meſmo Ceſar, compoſtos por elle, lemos, que Afranio, Legado de Pompeo na Heſpanha ulterior, ordenara a todos os Barbaros, que viviaõ na coſta do Oceano, concorreſſem com tropas para aquella guerra; e que debaixo deſte nome *Barbaros* comprehenda tambem aos Bracarenſes, a ſua ſituaçaõ o eſtá moſtrando. Porém como Floro, e Oroſio dizem, que os Cantabros, Aſtures, e a Galliza ulterior junto ao Oceano conſervaraõ a ſua liberdade até a expediçaõ de Auguſto Ceſar contra elles, parece, que aquelle lugar de Ceſar ſe deve explicar das tropas, a que as naçoens, a que elle com altivez Romana chama barbaras, eraõ obrigadas pela alliança, e ſociedade, que antes tinhaõ contratado com os Romanos. Pelo que naõ tem duvida, que os Bracarenſes, e de mais Gallegos eſtiveraõ confederados com os Romanos todo aquelle eſpaço de tempo, que correo deſde o fim da Pretura de Caio Ceſar até a guerra Cantabrica; mas que eſtiveſſem ſogeitos ao ſeu dominio, he couſa incertiſſima.

10 Acabada porém a guerra Cantabrica, domados, e obrigados por Auguſto os Gallegos, e Aſtures a obedecerem aos Romanos, ſe mudou o governo de Heſpanha, porque Auguſto a dividio em tres Provincias Luſitania, Betica, e Tarraconenſe; e ſegundo lhe pareceo, era conveniente ao governo deſtes, e confundio os limites antigos dos Povos, e naçoens, e lhes aſſinou outros de novo. Da Luſitania cortou toda a Galliza, que corria deſde a foz do Douro até o Cabo de Finis terræ, e a unio à Provincia Tarraconenſe; e a meſma Galliza ſe tem por certo a dividio em duas Chancellarias, a ſaber, dos Bracarenſes, e dos Lucenſes. Da primeira fez Cabeça a Cidade de Braga, que ou por liſonja, ou em agradecimento do beneficio, dalli em diante tomou o titulo de Auguſta, e ſe chamou Braga Auguſta, e os ſeus

na-

„quippe mœnia, quorum ruderibus tempus pepercit, „nec diversis in locis exesit, à Templo divo Petro „dicato, & à quâdam inscriptione *Maximinos* cogno„men sortito, (*a*) Austrum versus extendebantur. In„deque protensa, situm, quo nunc visitur, Cœno„bium Deiparæ sacratum, & ab ejus immaculatâ Con„ceptione nuncupatum, includebant. Ad nosocomium „verò Divo Marco dicatum Orientem Solem specta„bant. Ex quo loco in Boream (*a*) vergentia, spa„tium, quod hodie Sacra, & Archiepiscopalis Sedes „occupat, amplectebantur. Hinc ad Austrum unde in„cepimus, desinebant. At præsenti tempore, muta„tione rerum, quamvis hæc urbs ab illâ excitatâ for„tunâ, & dignitate, quâ Romanorum, & Suevorum „ævo superbiebat, multum desciverit, tamen ad si„militudinem araneæ figuræ ædificata, & plateis im„manis magnitudinis quoquò versum distenta, nullis „coërcetur muris, nec est habilis cingendo.

4 „Cæterum vetusta, & Romanæ structuræ mœ„nia sexdecim (*a*) stadia circuitu complectebantur. „Crassitudo inæqualis erat, maior, minorve, prout „loci dispositio, & firmitudo operis exigebat. Simi„liter altitudo pro declivitate, aut eminentiâ soli, „quo fundamenta locabantur, dispar habebatur. Mo„les non quidem ex grandibus, aut quadratis lapidi„bus, sed parvis constabat, æterno nexu, & compa„ge firmissimâ conglutinatis, ita ut quæ restant vesti„gia, & fragmenta, vix ac ne vix quidem, ullis ve„ctibus, ferreisve instrumentis dirui valeant. Totum „opus, certis intervallis, turres decorabant, & ab hos„tium tuebantur assaltu. Portas dicunt fuisse quinque, „juxta numerum viarum militarium ab urbe exeun„tium. Ego plures fuisse existimo. Ad Australem pla„gam Alestes amnis muros circumluebat, ad Septen„trionem verò aliquantò distans Celanus decurrebat, „ipsam verò planitiem, quâ insurgebat, quemadmo„dum nunc, montes, collesque vallabant, prospectu

naturaes Bracarauguſtanos. Eſta fórma de governo permaneceo até o tempo do Emperador Hadriano, que tornou a accreſcentar o numero das Provincias de Heſpanha, ſeparou a Galliza da Tarraconenſe, conſtituío-a Provincia de per ſi, aſſinando-lhe termos ſummamente dilatados. E neſte eſtado permanecerao as couſas até a entrada das naçoens Septentrionaes, que tudo perverterao, e confundirao, como diremos no quarto livro deſte volume.

„quidem non injucundi ob perpetuam, & vernantem „amænitatem. E quorum vertice in Oceanum intui„tus latiſſimè patebat, namque urbs ſexdecim millia„ria plus minus à mari aberat. Hinc clementiſſimum „illi Cœlum, & propter maris ab Occidente viciniam „molliores auræ, nec Romanis, nec ullis convenarum „inſalubres.

5 „Ædes publicæ, Palatia, & Templa, magnifi„ca profectò, urbem, de quà loquimur, adornabant, „utpote venalium commercio claram, populi refertiſ„ſimam, & vaſtiſſimæ Provinciæ Caput. Omnia tamen „crebra fortunæ varietas ſtravit funditùs, & memo„riam tantùm non contrivit, quippe durat aliquorum „in marmoreis cippis.

6 „Itaque de Templo Iſidi Bracaræ ſacrato me„minit cippus pluſquam ducentis abhinc annis in ex„teriori à muri facie Ædiculæ Divo Giraldo dicatæ in„tromiſſus, hiſque inciſus notis:

ISIDI AUG. SACRUM
LUCRETIA. FIDA. SACERD. PER. P.
ROM. ET AUG.
CONVENTUS. BRACAR. AUG. D.

„Quas notas ſic explicare placet: *Conventus Bracaræ* „*Auguſtæ hoc templum Iſidi Auguſtæ ſacrum dedicavit*, „*dum Lucretia Fida Sacerdotis perpetuæ, populi Romani*, „*& Auguſtani munus obiret.* Germanam eſſe interpre„tationem hanc ex dicendis perſpicuum erit. Iſidi „ergo Auguſtanæ cognomen inſcriptio tribuit, quia „apud Bracarauguſtanos præcipuè inter cætera vana nu„mina colebatur, utpote quæ Dea credebatur nego„tiatores, quibus Bracara abundabat, protegere, & „mercaturæ præſidere. Aſſerit Lucretiam eſſe populi „Romani, & Auguſtani Sacerdotem perpetuam; ci„vium enim Romanorum copia aſſiduè Bracaram fre„quentabat; unde Bracara Romanorum, in inſcriptione

„poſtea

LIVRO SEGUNDO.

Das Cidades da Chancellaria dos Bracarenses.

CAPITULO I.

Do sitio, circuito, edificios, e dignidade da Cidade de Braga.

1 NEste livro intentamos referir as Cidades, e Lugares da Chancellaria dos Bracarenses, e declarar o sitio, e nobreza delles, empreza certamente difficultosa, porque ninguem, que eu saiba, atéqui se occupou nesta materia. A ordem, que seguiremos em nomear as Cidades, e Lugares, será esta: Primeiro trataremos da Cidade de Braga, e logo das de mais, segundo o lugar, que lhe couber pela ordem Alfabetica.

2 Do nome, e Fundadores da Cidade de Braga, sufficientemente fica já dito acima. Em que tempo foy fundada, confesso que o naõ sey, nem disso me pejo; pejarme-hia, se encostado a conjecturas frivolas, propuzesse aos Leitores por certo, o que naõ tem certeza alguma. Da antiguidade pois desta Cidade unicamente consta de Appiano, que antes do Consulado de Decio Junio Bruto, já os Povos Bracarenses eraõ illustres, e das columnas erigidas no tempo de Augusto, que a Cidade de Braga já por aquelles annos era muy celebrada.

3 Estava a Cidade edificada na mesma planicie, em que hoje está, mas occupava menos espaço, porque

„poſtea adducenda, dicta fuit. Hoc templum credo „inſtitutum communibus impenſis à negotiatoribus „cum Romanis, tum Bracaris, & in emporio urbis lo„catum. Quippe negotiatores Romanos Bracaræ com„morari, cippus infra laudandus demonſtrabit. Iſi„dique dicata templa apud emporia conditum iri do„cet Vitruvius. (*b*) Præceſſiſſe hujus Ædis conſtructio„nem Caracallæ Imperatoris tempora, inter Bracarau„guſtanos, & Romanos cives diſcrimen in cippo ap„poſitum abundè manifeſtat; cùm per legem ab illo „Imperatore conditam, (*c*) univerſi Romani Imperii „Cives, Romani deinceps cenſerentur. Denique æſti„matur extructam architecturâ ordinis Corinthii, nam „centum abhinc annis inventum eſt prope Ædiculam, „quâ ſupra allatus cippus extat, capitulum immanis „magnitudinis, ex quatuor aliis capitulis conſtans, „omnia ad Corinthiam rationem elaborata. Verior „tamen allati cippi interpretatio talis eſt: *Conventus* „*Bracaraugustanus dicavit hoc monumentum Iſidæ Auguſ*„*tæ Lucretia Fida munera exercente Sacerdotis perpetuæ* „*Romæ*, *&* *Auguſti.* Nam ſatis conſtat Romanos pro „Deâ Romam coluiſſe, Auguſtoque templa dicaſſe.

7 „Aliqui ſuſpicantur (*a*) ad hoc Iſidis templum „referendam aliam inſcriptionem fracto in cippo, „& non longe à priori locato inciſam, in quâ quidem „inſcriptione hæc leguntur:

CONDITUM. SUB
IMP. CAESARIS
PATRIS. PATR.

„Hoc eſt: *Conditum ſub imperio Cæſaris Patris patriæ.* „Verùm de hoc penes alios judicium eſto.

8 „Non longè ab ædibus Andreæ Jacobi à Sou„ſâ nobile aliquod ædificium extitiſſe columnæ, (*a*) „capitella, & alia id genus perfectiſſimè elaborata, „quæ illic reperta dicuntur, ſatis declarant. Inter ea in „ſepul-

que os muros , cujas ruinas ainda permanecem , e ſe vem em alguns lugares, começavaõ da Igreja de S. Pedro Maximinos para o Sul , e corriaõ até o Hoſpital de S. Marcos à parte do Oriente , incluindo ao Moſteiro da Conceiçaõ. Do Hoſpital hiaõ buſcando o Norte, e abraçavaõ a Sé , e dalli hiaõ tornando ao Sul a acabar onde principiámos. No tempo preſente mudadas as couſas, ainda que eſteja muy deſcahida da grandeza , e dignidade, com que brilhava no tempo dos Romanos, e Suevos; com tudo edificada em figura de aranha, lança de ſi para toda a parte ruas de immenſa grandeza : naõ tem muros , que a cerquem , nem he capaz diſſo.

4 Occupavaõ eſtes muros o eſpaço de dezaſeis eſtadios em circuito. A largura era deſigual , mayor, ou menor, ſegundo a diſpoſiçaõ do terreno, e firmeza da obra o requeriaõ. Da meſma ſorte a altura, ſegundo a declividade, ou eminencia do chaõ, em que eſtavaõ fundados, o pedia. Naõ ſe compunhaõ de pedras grandes, ou lavradas, mas de pedra miuda , embutida em tenaciſſima argamaça , de tal ſorte, que alguns pedaços que reſtaõ, nem ao picaõ ſe podem desfazer. Eſtavaõ a certos eſpaços coroados de torres, que os ennobreciaõ, e defendiaõ dos aſſaltos dos inimigos. Dizem , que tinha cinco portas , ſegundo o numero das vias militares, que ſahiaõ da Cidade. Eu entendo, que eraõ mais. Para a parte do Sul , e Naſcente lhe banhava os muros o rio Aleſte , e pela banda do Norte, algum tanto diſtante, corria o Cavado, entaõ chamado Celano. A planicie, em que eſtava aſſentada, eſtava como agora rodeada de montes, e oiteiros de agradavel viſta , em razaõ da perpetua verdura, e amenidade. Do alto delles ſe eſtendia largamente a viſta pelo Oceano Atlantico , porque a Cidade ſó diſtava quatro legoas do mar. Daqui lhe procedia gozar de hum clima muy benigno, e de viraçoens brandas , que corriaõ do mar da parte do Poente, e eraõ ſalutiferas a todos.

Ador-

„ sepulchrum coctili laterculo, calceque structum, in-
„ cursum est, quo tumulus plumbeus inclusus, & in
„ hoc lanx vitrea erat cineribus plena.

9 „ Similia columnarum, & capitellorum frag-
„ menta ad ædes Antonii Magallani eruta sunt; & ef-
„ fossa, (*a*) in unâque columnarum hæ literæ incisæ:
„ DE SUO FECERUNT, nonne de aliquo marmoreo
„ ædificio illuc instructo nos docent? Quæ antiquitatis
„ monumenta, imò clariora, ad locum appellatum
„ *Monte de penas*, hoc est, Pœnarum mons, reperiun-
„ tur. Astat ibi cippus, ex cujus inscriptione non obs-
„ curè colligitur, opus aliquod magnificum in eâ ur-
„ bis parte extructum esse. Refert namque sodalitium
„ urbanorum monumentum illud, quodcunque illud
„ fuerit, de suo fecisse sumptu. Inscriptio talis est:

SODALICIUM URBANORUM
D. S. F. C.

„ Hoc est: *Sodalitium Urbanorum de suo fieri curaverunt.*

10 „ Alterius, sive alicujus horum ædificiorum
„ restitutio patescit (*a*) ex cippo in pariete Ædiculæ
„ Divæ Annæ sacratæ asservato, hæc referente:

I. CAELICUS : : : : IPES
FRONTO FIL : : I EI LUCIUS
TITI. F. PRONEPOTES. CA
ELICI
FROTONIS RENOVARUNT.

„ Hoc est: *Titus Cælicus Frontonis filius; & Lucius*
„ *Titi filius, Pronepotes Celici Frontonis, hoc ædificium re-*
„ *novarunt.*

11 „ Ædificium, de quo agit cippus, ni fallor,
„ positum erat pone Divi Marci Ædem, idque Cælicus
„ Fronto proavus renovantium ædificaverat. Qui Cæ-
„ licus ab Arcobrica Celtiberiæ oppido in Bracaram mi-

 „ graverat,

5 Adornavaõ a Braga edificios publicos, Palacios, e Templos magnificos, em razaõ da opulencia do ſeu commercio, multidaõ de Povo, e de ſer Cabeça de huma vaſtiſſima Provincia. Tudo porém eſtragou inteiramente a variedade continua dos ſucceſſos; e ſe apenas de alguns ſe conſervou a memoria, foy em alguns padroens de marmore.

6 Do Templo de Iſis, que exiſtia em Braga, faz mençaõ hum cippo, que ha duzentos annos eſtá nas coſtas da parede da Capella de S. Giraldo, e tem eſtas letras:

ISIDI. AUG. SACRUM
LUCRETIA FIDA. SACERD. PER. P.
ROM. ET AUG.
CONVENTUS. BRACAR. AUG. D.

Quer dizer: *A Chancellaria Bracarauguſtana dedicou eſte Templo à Deoſa Iſis de Braga, tendo Lucrecia Fida a dignidade de Sacerdotiſſa perpetua do Povo Romano, e Bracarenſe.* Que eſte ſeja o verdadeiro ſentido deſta inſcripçaõ, ſe verá do que depois diremos. Dá pois a Iſis o titulo de Auguſtana, que aqui val o meſmo, que Bracarenſe, porque Braga eſtava muy povoada de Contratadores, e era eſta Deoſa, ſegundo cria o Gentiliſmo, Protectora dos homens de negocio, e a que preſidia à mercancia: Diz, que Lucrecia Fida era Sacerdotiſſa do Povo Romano, e Auguſtano, iſto he, Bracarenſe, porque continuamente frequentavaõ, e viviaõ em Braga, donde veyo chamarſe Bracarauguſta dos Romanos, como conſta de huma inſcripçaõ, que depois produziremos. Eſte Templo entendo foy fabricado à cuſta juntamente dos homens de negocio Bracarenſes, e Romanos, e que eſtava collocado na praça da Cidade; porque de outro cippo, que abaixo citaremos, ſe moſtrará, que moravaõ em Braga muitos Contratadores naturaes de Roma; e de Vitruvio

conſta,

„graverat, quæ ex aliâ inſcriptione liquent. Quoniam „(*a*) ad relatum locum jacet ſtagnum ſcaturientis fon„tis aquam continens, propeque quaſi ſeſqui cubita„lis ſtatua hominis ex lapide, promiſſâ barbâ, ſupra „cujus caput dextrorſum in rupe hæc legitur inſcri„ptio:

::::ICUS FRONTO
ARCOBRIGENSIS
AMBIMOGIDUS
FECIT

„Hoc eſt: *Cælicus Fronto Arcobrigenſis Ambimogidus fe„cit.* Siniſtrorſum verò in eâdem rupe, pedibuſque „ſtatuæ proximâ, effigies puppi, ſeu pueri pectore „tenus apparet inſculpta, inter quam, & ſtatuæ pedes, „hæ intercedunt notæ:

RONCOE
NAƏLACO.

„Quæ omnia in noſtris Diœceſis Bracaraugustanæ Com„mentariis graphicè, prout rupi inſunt, depingi cu„ravimus.

12 „Ex præallatis, & interſe collatis inſcriptio„nibus dignoſcitur, pronepotes Cælici Frontonis repa„raſſe ædificium, quod opinor proavum ædificaſſe. Qui „proavus Arcobricæ in Celtiberiâ natus, in Bracaram „ſeſe contulerat, ibique domicilium habuerat. Pro„inde non temerè aſſentirem ſententiæ illorum, qui „divinant Frontonem hunc fuiſſe Comitem, & Lega„tum ad Rechiarium, Suevorum Regem, à Romanis, „pacis cauſâ, miſſum, ut refert Idacius. (*a*) Quippe „inter Arcobricenſem Frontonem, & Rechiarii impe„rium, multum temporis interjectum eſſe neceſſe eſt. „Quod facilè patebit conſideranti Frontonis pronepo„tes non inter Suevorum, Gothorumve barbariem æta-

consta, que os Templos de Isis se fabricavaõ nas praças. A diversidade, que a inscripçaõ faz de Cidadãos Romanos, e Bracarenses, manifesta, que este Templo estava fundado antes do Emperador Antonino Caracalla; porque do tempo deste em diante, por ley, que elle estabeleceo, todos os Cidadãos do Imperio Romano eraõ reputados Cidadãos Romanos. Finalmente entendese, que o sobredito Templo era de architectura da ordem Corinthia, porque haverá cem annos se achou junto à Capella, onde existe o cippo acima, hum capitel de notavel grandeza, composto de outros quatro, tudo da ordem Corinthia. Com tudo a mais genuina interpretaçaõ do cippo acima, he esta: *A Chancellaria de Braga dedicou esta memoria à Deosa Isis Augusta, sendo Lucrecia Fida Sacerdotissa perpetua de Roma, e Augusto.* Porque consta de certo, que os Romanos veneravaõ a Roma por Deosa, e por Deos a Augusto.

7 Alguns sospeitaõ, que a este Templo de Isis se deve referir outra inscripçaõ, gravada em hum cippo quebrado, que está naõ longe do que acima copiámos, e diz assim:

CONDITUM. SUB
IMP. CAESARIS
PATRIS. PATRI.

Quer dizer: *Esta obra foy feita debaixo do:::: Emperador Cesar, Pay da Patria.* Porém deixo aos Leitores ajuizem o que lhe parecer neste ponto.

8 Columnas, capiteis quebrados, e outras pedras deste genero, lavradas com summa perfeiçaõ, e achadas junto às casas de André Jacome de Sousa, mostraõ, que alli perto estava algum edificio nobre. Entre outras cousas se deu com huma sepultura, feita de cal, e tijolo, e dentro hum caixaõ de chumbo, o qual guardava huma ambula de vidro chea de cinza.

Seme-

„ tem exegiſſe, cùm eorum prænomina, nomina, & „ cognomina, & ipſa inſcriptionum loquendi ratio maximè ab illo ævo abhorreat. Significationem autem, „ ſenſumve vocis *Ambimogidus* non capio, nec inſcriptionem puppi effigiei appoſitam interpretari valeo. „ Utrumque peritioribus inveſtigandum relinquo.

13 „ Gentem hanc Frontonum videtur admodum „ deditam eſſe ſuperſtitioni, cultuique Deorum; quandoquidem cippus alius (*a*) Bracaræ extat, qui alterius Frontonis reverentiam in Deum Eventum his „ verbis commendat:

DEO. SA
NCTO. EV
ENTO. FL
FRONTO
EX PRAE
CEPTO.

„ Hoc eſt: *Flavius Fronto ex præcepto hoc monumentum* „ *Evento Deo dicavit.* Tacendo autem cujus præcepto dicaverit, videtur innuere, ipſius Eventi mandato „ dicaſſe, quod hominis ſuperſtitionem nimio plus manifeſtat.

14 „ Addunt templum fuiſſe Bracaræ Jano Deo „ dicatum, (*a*) indeque plateam de *Janes* dictam nomen trahere. Dum verò aliud non adducitur argumentum ad comprobandam hujus templi ædificationem, deductio illius nominis mihi parum arridet; „ & plateæ nomen veriori, certè magis piâ origine traherem à Divo Joanne, cujus templum in eâdem platea, ſeu illi proximum perſpicitur.

15 „ Suburbia Auguſtæ Bracarum ampla fuiſſe, „ multumque ſpatii occupaſſe conjectare licet; neque „ enim ſexdecim ſtadiorum ambitus, quæ, ut diximus, „ mœnia compleverant, tantam hominum multitudinem, quantâ Bracara frequentabatur, capere poterat.

„ Sua

9 Semelhantes fragmentos de columnas, e capiteis ſe deſcobriraõ junto às caſas de Antonio de Magalhaens, e em huma das columnas gravadas eſtas letras : DE SUO FECERUNT. Quer dizer : *Fizeraõ à ſua cuſta*, ſinaes todos de que houve alli alguma fabrica Romana. Os meſmos veſtigios, e ainda mais claros ſe encontraõ junto ao monte de Penas. Exiſte alli hum cippo, de que bem ſe vê, que os Cidadãos de Braga fizeraõ alguma obra magnifica naquella parte da Cidade, porque diz, que a companhia dos Cidadãos fizera aquella obra à ſua cuſta. A inſcripçaõ he a ſeguinte :

SODALICIUM. URBANORUM
D. S. F. C.

Quer dizer : *A companhia dos Cidadãos fez eſta obra à ſua cuſta.*

10 Outro cippo, que ſe conſerva na Capella de Santa Anna, nos dá a noticia da reedificaçaõ de outro edificio, ou de algum dos referidos, por eſtas palavras :

I. CAELICUS : : : : IPES
FRONTO FIL : : I. EI. LUCIUS
TITI. F. PRONEPOTES CA
ELICI
FRONTONIS RENOVARUNT.

Quer dizer : *Tito Celico filho de Fronto, e Lucio, filho de Tito, biſnetos de Celico Fronto, renovaraõ eſte edificio.*

11 O edificio, ou obra, de que o cippo trata, ſe me naõ engano, eſtava de traz do Hoſpital de S. Marcos, e o tinha edificado Celico Fronto, biſavô dos reſtauradores ; o qual Celico Fronto era natural de Arcobrica, Cidade da Celtiberia, e tinha mudado de domicilio, vindoſe para Braga, o que conſta de outra

„ Sua etiam fana ad superstitiosum cultum Diis adhi-„ bendum Bracaraugustani ibi sacraverant. Quippe ex „ iis, quæ in actis Divi Victoris (*a*) traduntur, aper-„ tè colligitur, jacuisse proximum urbi templum Silva-„ no, & Cereri dedicatum. Contendunt etiam de an-„ tiquitate benemeriti, indiciis non contemnendis in-„ nixi, templum, quod non procul ab urbe hodie „ conspicitur, & à Divo Fructuoso nuncupationem ca-„ pit, in illâ priscâ Romanorum ætate Æsculapio fuisse „ dicatum. Pulchritudo equidem operis à rudi Gotho-„ rum ingenio multum abhorret.

